ANTI-FORERUS SEU SOLIDA DEMONSTRATIO, PONTIFICIOS PRAETER & EXTRA...

Johann Ulrich Pregitzer, Christoph Oertlin, Lucas Osiander


BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
19 L
11 M



Auctor Osiander.

Anti-Forerus

SEU

SOLIDA DEMONSTRATIO, PONtificios præter & extra omne divinum Jus, Sacerdotibus, sic dictis, matrimonialem prohibere copulam:

CONTRA

LAURENTIUM FORERUM, LOIOLItam, Doctorem dictum Theologum, Cancellarium OLIM *Dilingensem; Hominem S. Scripturæ Lucis, & omnis frontis expertem:*

Publicè ad disputandum instituta,


PRÆSIDE,

JOHAN-ULRICO PREGITZERO, S.S. THEOLOGIAE DOCTORE ET PROFESSORE ORDINARIO,

Ecclesiæ Tubingensis Pastore, & pro tempore Academiæ Rectore.

RESPONDENTE,

M: Christophoro Oertlino Stutgardiano, S. S. Th. Studioso, in Stipendio Illustri.



Ad diem 12. & 13. Decembris, 1623. & ad 9. & 10. Ian. 1624. loco & horis solitis.

Præfixa est Præfatio Reverendi, & Clarissimi Viri, D. D. Lucæ Osiandri, Academiæ Tubingensis Cancellarii, & Ecclesiæ Præpositi.

Jerem. 8. v. 9.

Confundentur Sapientes, perterrefient, & capientur: *Verbum* enim *Domini projecerunt*, & Sapientia nulla est in eis.

TUBINGÆ,

Apud Viduam Johan-Alexandri Cellii,

ANNO M. DC. XXIV.

Pio & benevolo Lectori, salutem & incolumitatem in Christo precatur,

LUCAS OSIANDER, D. Academiæ Tubingensis Cancellarius, & Ecclesiæ Præpositus.



Ertia nunc Vice, pie & benevole Lector, iniquissimè ab improbitate vellicor Iesuitica. Primū Anonym⁹ ille Tenebrio, Valetudinarii Poëtici Auctor, me aggressus est, ob scriptam à me Gratulationē, in nuptiis Reverendi & Clarissimi Viri D. Iacobi Reihingii, Collegæ mei dilecti, honestissimis. Verùm, quod Author ille eam me carperet, quæ non mea, sed Spiritus Sancti Verba erant, quod etiam Nomen suum edere in publicum ipsemet erubuit, neque cum Vmbris mihi colluctandum ego existimarem, hominem (hominis nominé si modò dignus fuerit) sibi relinquendum, contemnendumq; potiùs, quam talem irritandum lutulentum crabronem, censui, & adhuc censeo.

Verùm: ne sic quidem Iesuiticus ille Spiritus quiescere potuit, quin me Forerus quidam Iesuiticus Monachus, primùm in calumniosissimè conficto à se Lutherano Symbolo; deinde & in suo Batrochocinio votorum, contra Reverendum & Clarissimum Virum, Dominum Iohannem Vlricum Pregitzerum, Collegam meum Affinem & Fratrem dilectissimum & honorandum casto, per alienum quasi latus, me confodere & exagitare præsumeret. Diu dubitavi, utrum & hic negligendus Calumniarum Fartor; &, cùm perpetuis uti soleat vanitatibus & vaniloquiis mendacibus, sibi non minùs, quàm superior ille tenebricosus alienæ bonæ famæ attrectator, relinquendus esset: cùm maximè mendacia plerumque semetipsa tandem conficiant, aut veritatis radiis illustrissimis, instar nebularum, dissipari soleant. Cùm autem atrocitatem non tàm, mihi à Forero isto, quàm inprimis ipsi cœlesti veritati illatarum injuriarum ad animum revocarē: partium mearum ratus, & veritatis Patrocinium suscipere, & meam propriam, debita ratione defendere famam; brevem hanc Responsionem adornare, decrevi. Non quidem peculiari edito libello (quandoquidem utraq; Foreri calumniosa Disputatio, jam suos

habet Eversores) [illegible] D. D. Pregizeri Collegæ mei Reverendi & dilecti, de Votis ulteriori Disquisitioni præfigere volui, quo vel hac etiam ratione maliciosæ Forerianæ detegerentur calumniæ, & veritatis inconcussa Fides radiaret fulgidius.

Et quidem calumniarum funiculum nectere & plectere conatus est Forerus, ex Concione mea Præfationis loco, Actui Revocatorio Reibingiano (operæ Iesuitis odiosissimo) de mandato & jussu Illustrissimi & Celsissimi mei Domini & Principis, præmissa. Quam quidem totam aggredi non ausus Iesuita carptim tantummodò & saltim, neq; uno tempore, sed diversis lacessere attentavit. Cumq; inter alia dixissem. A Pontificiis Doctoribus, coram suo Auditorio, Evangelicam doctrinam nostram non iis verbis illaq; formula, quæ nostra & genuina esset, sed corruptam & vitiatam à se, alienissimoq; Controversiæ formato statu deformatam, talemque redditam proponi, ut pro nostra agnoscere illam haud amplius possimus: Fieri id ab Adversariis eo fine, ut conficta pro vera nostra sententia, in medium prolata & exagitata, quasi nostra hæc esset doctrina, persuadeatur Auditoribus persuasiq; aliquã plus quam Vatinianum, adversus Evangelicam insontem doctrinam, iisdem instilletur: ubi tamen certissimum, nostram, & genuinè quidem nostram doctrinam, si candide, apertè, & sine calumniarũ fuco, Pontificiis Auditoribus fideliter proponatur, à Conscientiosis & piis Auditoribus, haudquaquam rejectum, sed obviis, quod aiunt, ulnis acceptatum iri Subjunxeram Rei hujus unum aut alterum Exemplum verissimum, ex quibus duo solum, Theon Forerus arrodenda & suis calumniis, conspurcanda sibi delegit. Et primò quidem, ubi dixeram: per calumniam nobis affingi bonorum operum prohibitionem, quæ fieri nequaquam prohibeamus, EO autem FINE fieri, ut æternam vitam & Iustificationem coram Deo illis promereamur, omninò dissuadeamus. Hanc sententiam orthodoxissimam invadens, impudenter me mentitum, Impudentia hac Forerus, in Calumniarum sentina illa (quam Lutheranum appellavit Symbolum) pag. 30. asserit: & nostros bona opera disertis verbis, indefinitè & indeterminatè prohibuisse, ex eorundem scriptis & literis probare per unum & alterum folium (conatu sanè irrito) nititur, mox iterum deinde cum illo Osiandro. Cum autem in eadem mea Concione, partem nostram in [illegible], quam Iustificationis actu, nostris meritis nequaquam [illegible] docemus, ne ipsi quidem Bellarmino improbari dixissem, qui (controvers. Tom. 4. de Iusti-

de Iustificatione, lib. 5. c. 7. Proposit. 3. scripserit : Propter incertitudinem propriæ justitiæ, & periculum inanis gloriæ, tutissimum esse, fiduciam totam, in sola Dei misericordia & benignitate reponere : *mirum in modum furit Forerus, & in Batrochoinio suo Votorum, thes. 45. hanc sententiam nostram, in thesi autem 46. meam invadit Personam, denuoq; mendacii me mendacissimè insimulat. Ad utramq; Mendacii Objectionem, quid reponendum breviter videbimus.*

Generaliter autem, quòd stylo minimè Theologico convitiosè, Mendacia, Mendacia, Mendacia, crepat Forerus : quid dicam, nisi quod Germanico dici solet Proverbio, Es ist diesem Vogel der Schnabel anders nicht gewachsen : Drumb kan er auch anders nicht singen. *Quæ autem avis excludere soleat tales pullos & ex quo ovo, Christus, de Mendacii crepusculis loquens Adversariis, (Christum perpetuò mendacem calumniantibus) exponit dicens, Vos facitis opera Patris vestri &c. Vos ex Patre Diabolo estis, & desideria Patris vestri vultis facere, ille homicida est ab initio, & in veritate non stetit, quia non est veritas in eo. Cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur : quia mendax est & Pater ejus, Ioan. 8.*

Ad priorem quod attinet Forianam objectionem, per vim obtrudere nobis conatur istam Propositionem (quasi nostra ea esset) Prohiberi scilicet à nobis bona opera, sive bonorum operum omne studium. Et, fateor, si vera diceres Forere, digni essemus omninò, in quos nō tantum per Ecclesiasticam censuram, sed & potestatem Magistratus Politici, severissimè animadverteretur.

Vt autem omnibus manifestum fiat, quæ nostra de hac Propositione, indubitata sit sententia, ex veris & indubiis nostris publicè editis Symbolis, Symbolicisq; Confessionibus eandem candidè proferam in medium. Augustana Confessio, Articulo vigesimo, ita habet : Præterea docent nostri, Quod Necesse sit bona opera facere : non ut confidamus per ea gratiam mereri : sed propter voluntatem Dei. *Et in apologia Confessionis Augustanæ, sub titulo, de Dilectione & Impletione legis, hæc habentur verba :* Constat igitur nostros requirere bona opera. Imò addimus & hoc, Quod Impossibile sit, dilectionem Dei, etsi exigua est,

DIVELLERE à FIDE: quia per Christum acceditur ad Patrem, & accepta Remissione peccatorum, verè jam statuimus, nos habere Deum: hoc est, nos Deo curæ esse, invocamus, agimus gratias, timemus, diligimus. Sicut Ioannes docet in prima Epistola. Nos diligimus eum, inquit, quia prius dilexit nos, &c. Ita significatur, præcedere fidem, sequi dilectionem. *Ibidem in Responsionibus, ad Objecta adversariorum*: SUNT FACIENDA BONA OPERA: QUIA DEUS EA REQUIRIT. Ideoque sunt Effectus Regenerationis: sicut Paulus docet: Ephes. 2. Ipsius opus sumus, conditi per Christum Iesum ad bona opera, quæ præparavit Deus, UT IN EIS AMBULAREMUS. *Hæc ex Augustana Confessione, & illius Apologia. Unde Liber Concordiæ (quem meritò, nisi falsarium agere Forero libuisset potiùs, ad eundem NOSTRUM SYMBOLUM, proferre debuisset) sic disertè in proposita istbac Quæstione habet.* Quod ad necessitatem aut libertatem bonorum operum attinet, negari non potest, quòd in Augustana Confessione, ejusdemque Apologia hæc verba SÆPE usurpentur atq; repetantur: Bona opera esse necessaria, & QUOD NECESSE SIT, BONA OPERA FACERE: quippe quæ NECESSARIÒ Fidem & Reconciliationem, cum Deo sequi debent: & quod NECESSARIÒ, ea opera, quæ Deus præcepit, sint facienda. Sed & S. literæ vocabulis (necessitatis, necessarii, & debiti) utuntur, quoties de iis rebus agunt, QUAS, RATIONE MANDATI, ORDINATIONIS, & VOLUNTATIS DIVINÆ PRÆSTARE TENEMUR. Quare Propositiones hæ (BONA OPERA ESSE NECESSARIA: & NECESSE ESSE BENE AGERE) in commemorata pia & genuina sententia, immeritò à quibusdam reprehenduntur & reiiciuntur. Hæ enim retinendæ atq; URGENDÆ sunt, ad redarguendam ac refutandam Securitatis Epicureæ opinionem, qua multi fidem mortuam, aut persuasionem quandam vanam, quæ sine pœnitentia & BONIS OPERIBUS est, pro vera fide habent, atq; vera se fide præditos falsò imaginantur, quasi scilicet, in uno eodemque corde simul stare possent, vera fides & malum propositum, in peccatis perseverandi ac progrediendi: quod tamen PRORSUS est IMPOSSIBILE: aut, quasi aliquis veram fidem,

Iusti-

Iustitiam, & salutem habere ac retinere valeat, etiamsi arbor putrida sit, maneatque, neque ullos bonos fructus ferat: imò, quamvis in peccatis contra Conscientiam perseveret, aut rursus destinata malitia in scelera priora relabatur. HÆC FALSA & IMPIA SUNT. *Hucusque etiam verba libri Concordiæ. Quæ igitur Foreri istius inquissima est malitia, Lutherano (à se conficto) symbolo, ea pro Lutheranis inserere, quæ* VERE *Lutherani nunquam senserunt, nunquam somniarunt, sed & apertè pro* impiis & falsis *damnarunt* publicè. *Cujus rei testes sunt non solum Theologi, sed & Principes Electores, Duces, Comites, Barones, Respublicæ & Ordines per Germaniam, (Augustanæ Confessionis, illius Apologiæ, & libri Concordiæ Assertores fidelissimi) quorū bona Fides apud neminē nisi aterrimi calculi, in dubium fuit vocata unquam: hisce verò omnibus maledicentissimè Forerus mendacium objectare non erubescit. Si namque mentitus sum ego impudenter, ut conviciatur Forerus, hoc asserendo, quod ore communium Symbolorum nostrorum, in publicis Comitiis, Imperatori Augustissimo oblatorum, publicè est prædicatum, universoque Christiano orbi innotuit: annon & illi ipsi Symbolorum horum Autores, Approbatores, & Assertores Serenissimi & Illustrissimi, à Forero (ad foricam relegando) impudentissimè & impientissimè, Mendacii aguntur rei? Sic enim innotescit & seipsum prodit spiritus Foreri, jam olim à S. Petro notatus, in hoc ipso, quòd Majestates blasphemare & conviciari, non revereatur, 2. Petr. 2. vers. 10. Et, quæ hæc est, quæso, infanda & audacissima temeritas hujus Foreri, qua ea negare audet, quæ Soli ipsi notissima sunt, ea verò affirmare non erubescit, quæ nemo sanus, nostrorumq; scriptorum Lector æquus unquàm vidit, imò quæ Sol aspexit nunquam? Abeat nunc Forerus, Mēdacii me arguat, homo mēdacissimus ipse talia effutiens mendacia, quorum certè cordatum quemq; Pontificium, non Iesuitam, omninò dispudeat pigeatq;. Legat Forerus Cassandri Pontificii sui Consultationem, qui Articulo sexto (de bonis operibus fidelium) longè aliter & longè veracius, ad utrunq; invictissimū Imperatorem, Ferdinandum I. & Maximilianum II. ita scriptum reliquit:* Quòd (*à Lutheranis scil. in Augustana Confessionis sexto Articulo*) subjicitur, PROPTER DEI VOLUNTATEM, non verò ut confidamus per ea Iustificationem coram Deo mereri, BONA OPERA ex fide FACIENDA, id

recte.

rectè & Ecclesiasticæ doctrinæ consentaneè dicitur, &c. *Hucusque Cassandri verba: qui fuit homo, non ex mendaciis consutus, uti Forerus, sed Vir, eruditionis, integritatis, & candoris, studiiq; veritatis nomine celebratissimus, & inde utrique Augustissimo Imperatori quam commendatissimus. Cogitet nunc benevolus Lector, utrum ego fuerim mentitus, quando* in terminis terminantibus, ex ore Symbolorum publicorum, *coram sacratissimis Imperatoribus, & universo Romano Imperio cognitissimorum, sui locutus; an verò Forerus iste, qui si jam allegata, perq; totum orbem lucubratissima non legit, inscitia & Imprudentia (ne dicam Impudentia) sui: legit & tamen sua scripsit, projecta calumniandi libidinis, sceleum prodit: mendaciiq; & calumniarum publicè & notoriè jam est convictus.*

Sed, quibus mediis mendacia sua pingere studet Forerus ille Iesuiticus? Primum, ex ipso D. Luthero. loca quædam ad pingendum suum producit fucum: in quibus D. Lutherus haudquaquam Quæstionem hanc tractat: VTRUM FACIENDA sint bona opera: sed utrum in Iustificationis actu, illa à peccatis nos liberent, & divinæ Iustitiæ rigori sint opponenda. *Quæ ergo D. Lutherus, in posteriore quæstione de operibus negat: ea negasse D. Lutherum de priore Quæstione, vel ignorantissimè vel improbissimè sanè (tertium enim non datur) asserere Forer non erubescit. Quæ hæc desperata malitia, studiosè crassissima & palpabili illa, non nisi obesæ naris Disputatoribus usitatissima fallacia, (à dicto secundum quid, &c. &. quæ est secundum plures Interrogationes) pudenda sane, tam jactabundè, & adeò in propatulo & aprico, uti velle? Quia verò Symbolum Lutheranum (per calumnias consutum) effingere Forero placuit: falso, fictitio, mendaciq; Symbolo, opponamus Symbolum verum, genuinum, & per Christianum orbem cognitissimũ, cujus verbis universa à Forero è Luthero allegata, funditùs evertuntur: quod Symbolum est Liber Concordiæ, hæc omnia genuinè explicans. Postquàm enim quo sensu (uti supra quoque allegavimus) Propositiones supradictæ, in Ecclesia retinendæ omninò sint, satis explicatum: deinde & de abusu earundem ulterius ita loquitur:* Interim tamen in hoc negocio diligenter cavendum est, ne bona opera ARTICULO JUSTIFICATIONIS & salutis nostræ immisceantur: PROPTEREA (*nimirum, in quantum de Iustificationis articulo agitur*) meri-

meritò hæ Propositiones rejiciuntur: bona opera piorum esse necessaria AD SALUTEM: Impossibile esse, sine bonis operibus SALVARI: quia simpliciter pugnent cũ doctrina de particulis exclusivis, &c. *Adducuntur & aliæ gravissimæ rationes, quare* IN JUSTIFICATIONIS ACTU, *hæ phrases non tolerandæ. Tandem & D. Lutheri, ad præsuppositum statum, & ad eum pertinentes rationes, in libro Concordiæ hæc subjicitur mentio*: Sed & D. Lutherus has Propositiones rejecit, atque damnavit: (*Hoc an D. Lutherus fecerit simpliciter an verò secundùm quid; audiat Forerus*) Primò quidem IN FALSIS APOSTOLIS, qui Galatas in errorem duxerunt. Deinde, in Papistis multis admodùm locis. Posteà etiam in Anabaptistis, qui hanc interpretationem afferunt: Quod Fides quidem non debeat niti debitis operum, sed tamen ea necessariò ad salutẽ requiri. Postremò, in quibusdam aliis suis hominib⁹, qui hanc, ut loquuntur, glossam in medium adducebant: si maximè, dicebant, bona opera, tanquàm ad salutem necessaria requiramus, tamen non docemus, quòd bonis operibus sit confidendum, &c. *Hucusq; Concordiæ Liber. Habet hîc Forerus, quo sensu Lutherus ejusmodi verba (quibus D. Lutherum odiose configere attentat) protulerit, non simpliciter, neque ad eam, quam Forerus sibi (calumniosè & mendaciter) confingit Quæstionem. Diversissimæ enim sunt inter se hæ duæ Quæstiones, quando quæritur, utrum bona opera Iustificationis Actum possint ingredi: & utrum facienda sint bona opera, etiam extra intuitum Iustificationis. Adhibeantur igitur jam omnia D. Lutheri, à Forero allegata verba: & quid quæso aliud concludunt, quàm id tantùm, quod ad priorem pertinet Quæstionẽ, ubi rectè Lex, opera nostra, & nostra activa ignorari debet Iustitia: rectè cavemus à fiducia nostrorum operum, ut Lutherus rectissimè inquit. Quæ hæc autem est malitia, ita concludere: D. Lutherus & cum hoc Lutherani ex Actu Iustificationis operum bonorum fiduciam, aut opera bona (quod idẽ est) proscribunt: E.* OMNINÒ *&* EX UNIVERSA *doctrina Christiana, omnibusq; illius articulis & capitibus eam proscribunt? Aut: Prohibent in* IUSTIFICATIONIS ACTU, *Lutherani, niti operibus bonis, & vicissim, ad solam Dei Misericordiam, Fide in Christum apprehendendam, confugere jubent. Ergò* omne o-

Salvari & Iustificari pro Synonimis.

perum bonorum studium in UNIVERSUM *prohibent. Perinde, ac si dicerem:* Forerus *ad veritatem contra Lutheranos dicendam prorsus est inutilis. Ergo, ad nullam aliam rem utilis est. Hunc concludendi modum negabit tota Iesuitarum Universitas: quandoquidem Iesuitis usus illius adhuc esse potest, in corruptione (Institutione dicere volebam) simplicioris Iuventutis. Redundat ergo in Forerum, quod Lutheranis (sed per crimẽ Falsi) objecerat Hoc de primo futili Foreriano argumẽto.*

Alterum quod attinet argumentum, Majoristas, olim sic dictos, tangit Forerus. *Qui, quòd (non secluso aut excepto Iustificationis actu) opera ad salutẽ illimitatè necessaria dicerent, à nostris refutati fuerũt & rejecti; & Phrases quædam illis opposita, quæ duriores, sensu Foreriano, videntur: ad Analogiam verò fidei explicatæ, dextrum capiunt sensum. Ambsdorffius à Forero citatur: at admodum ineptè. Ambsdorffius enim neq; fuit ipse Lutherus, neq; in Ambsdorffio nostra universa constitit Ecclesia: illiusq; mens* rectè explicata *admitti potuit,* sinistrè sumpta *à nostris fuit explosa. Accipiendus ergo sensus cum verbis, & verba cum sensu. Cùm enim quilibet suorum verborum optimus præsumatur Interpres, non est necesse, ex Calumniatoris, sed eorum Theologorum ore quorum causa agitur, genuinam suorum verborum petere expositionem. Quàm nisi prætracta obstitisset malitia, ex libro Concordiæ, tanquam ex nostro communi Lutherano Symbolo, haurire potuisset & debuisset Forerus. Ne autem meis verbis, Adversarii nequitiam prodam, loquatur hac in causa pro se, ipse Liber Concordiæ, & cum hoc omnes γνησίως orthodoxi Lutherani. Verba autem formalia sic habent:*

Quod ad Propositionem illam attinet, BONA OPERA AD SALUTEM ESSE PERNICIOSA, sententiam nostram perspicuè exponemus. Si quis bona opera, Articulo Iustificationis immiscere, Iustitiam suam, aut fiduciam salutis suæ in ea reponere, gratiam de iis promereri & per ea salutem consequi velit: respondemus, non quidem nos, sed D. Paulus ipse, idq; tertiò repetit, quòd tali homini opera sua, non tantùm sint inutilia, atque ad salutem consequendam, impedimento, verum etiam, quod reverà sint perniciosa. Culpa tamen non est ipsorum operum per se: sed est Vanæ illius fiduciæ, quæ contra expressum Dei verbum in opera collocatur, attribuenda: inde

Phil 3.

tamen

tamen haud quaquàm consequitur, quòd SIMPLICITER & NUDE asserere liceat: BONA OPERA CREDENTIBUS, ad salutem esse PERNICIOSA. Bona enim opera in credentibus (cùm propter VERAS CAUSAS fiunt) & ad VEROS FINES, SICUTI EA DEUS à RENATIS EXIGIT, referuntur, INDICIA sunt æternæ salutis. Siquidem hæc est voluntas, & hoc expressum Dei mandatum, ut credentes, BONA OPERA FACIANT, quæ Spiritus Sanctus in credentibus operatur: eaque Deus Pater, propter Christum, accepta & grata habet, præclara illis præmia, hujus & futuræ vitæ, promittit. Eam ob causam paulò ante commemorata Propositio, in Ecclesiis nostris reprehenditur & rejicitur, propterea quòd ita NUDE usurpata, falsa est, & offendiculi plena, qua disciplina & morum honestas labefactatur, dissolutæ verò & Epicureæ vitæ, janua aperitur & confirmatur. Ab ea quippe re, quæ alicui ad animæ suæ salutem perniciosa creditur, abstinendum & cavendum esse omnes judicant. Cùm verò Christiani non à bonis operibus deterrendi, sed potiùs quàm diligentissimè adhortandi sint: profectò NUDA ista Propositio, in Ecclesia Christi, tolerari non potest, nec defendenda est. *Hucusq; Libri Concordiæ verba, Ad hæc applicentur nunc Foreri allegata & omnes ipsius calumniæ facillime distabescent. Quandoquidem omnia, non piam (ad quam sanè omnes tenemur) Conversationem, sed* JUSTIFICATIONIS ACTUM *concernunt, in quo si non nobis, Paulo Apostolo tamen respondeant Iesuitæ, qui opera sua in Iustificationis actu considerata* ζημίαν *(detrimentum, damnum) &* σκύβαλα *(stercora) expressis appellat verbis: Philip. 3. & quo sensu quævis dicantur, jam satis est expressum. Quæ verò est hujus pullati Monachi effrenis calumniandi libido, quæ verba Theologorum, alienissimo sensu accipit, detorquet & corrumpit, & in Fallaciam secundum quid, sciens, volens impingit? Cur non posuit* symbolorum nostrorum *verba, quæ tamen ubiq; sunt in medio? sed in promptu causa est, calumniari voluit: calumnia autem non nisi in truncata veritate, sedem sibi quærit.*

Allegavit & Forerus iste, Parentis mei p. m. Historiam Ecclesiasticam; qua fide autem, jam sequentia illius propria evincunt verba;

quæ sic habent: Cum Doctor Georgius Major, Theologus Wittebergensis asseruisset, Bona opera ad salutem esse necessaria, neq; quenquam unquam sine bonis operibus esse salvatum: & impossibile esse, sine bonis operibus salvari, Nicol. Amsdorffius, Theologus Lutheranus, dum falsam D. Majoris Propositionē, de necessitate bonorum operum ad salutem, evertere conatur, in alterum extremum impegit, & defendere conatus est hanc absurdam Propositionem: Bona opera esse ad salutem perniciosa. Hæc sententia, non minùs, quam Majoris, à Theologis sinceris, improbata & rejecta est. *Quo sensu autem rejecta, quo sensu etiam (dextrè sumptâ) approbata fuerit, ut jā: ex Libro Concordiæ narratum est: & D. Osiander alibi eò digitum disertè satis intendit, ubi dicit*: His temporibus jam agitabatur Controversia nova, inter Theologos Augustanæ Confessionis. Nam D. Georgius Major asserebat: Bona opera necessaria esse ad salutem. Nicolaus verò Amsdorffius, & ipse Theologus, docebat: Bona opera esse perniciosa ad salutem. Sed hæc CONTROVERSIA diu agitata, posteà DIIUDICATA ET EXPLICATA EST PLANISSIMÈ: UT INFRA EX FORMULA CONCORDIÆ SUO LOCO DISSEREMUS. *Hisce Parentis mei, p. m. verbis liquidò constat, eam Propositionem, quam Forerus ex Amsdorffi verbis desumptam, tantopere urget, in* SENSU NUDO *& crudo* nunquàm fuisse à nostris admissam: *Osiandrum quoq; ad Libri Concordiæ Iudicium, hanc ipsam* Propositionem, *intelligendam & explicandam censuisse, &, si aliter sumatur, rejiciendam duxisse. Quàm bella & polita autem quæso, est isthæc Argumentatio: Inter Lutheranos inventi fuerunt aliqui Theologi*, ab iisdem tamen reprehensi & in ordinem redacti, *qui opera bona (non adhibita limitatione) ad salutem esse perniciosa dixerunt. Ergo omnes Lutherani, pro Symbolo agnoscunt ea, quæ* NUDÈ *&* CRUDÈ *dicta ipsi rejecerunt, & non nisi cum debita limitatione acceperunt. Ergo Forero mentitur Osiander, scilicet, neminem verè Evangelicorum ita docuisse, dicens: quasi ea quæ rejicimus, nihilominùs nostra essent dicenda, & quidem pro Symbolicis Confessionibus habenda.* En wie sihet dieser Fuchß einem Hasen so gleich? *Cur Forerus Th. Doct. & (ut rumor est) Cancellarius Dilinganus, hæc ignorat? Cur Osiandrum allegare ausus, non alle-*

D. Luc. Osiander Senior in Historia Eccles. Centuria 16. p. 669.

Centuria 16. pag. 580.

allegavit integrè? *scilicet, causa sua minus hoc fuisset commodum, & mendaciorum à se confictorum, fuisset minùs. Atque hoc est, de quo in Concione mea (à Forero impetita) pag.* 19. *conquestus fui:* Iesuitas videlicet, opiniones quorundam nobis imputare, quæ nostræ non modò non sint, sed & à nobis ipsis, disertè reiiciantur ac refutentur: ad odium autem coram imperitioribus nobis conflãdum, scientes, falsa pro veris, nobis adscribere. *Vbi verò sunt jam illa mendacia, a perfora ta mendacique Foreri Conscientia, mendacissimè, hac in Quæstione, mihi imputata? Ad suum redeunt Dominum, Forerum: qui mihi videtur laborare Ophtalmia, illiusq; Christallinus in oculis humor, perverso colore (vel mendaci potiùs spiritu) tinctus esse, ut omnia quæ legit, videt, audit, dicit, mendacia, mendacia, mendacia illi videantur forte &, quòd ex suo ingenio, cæteros quosvis, & etiam bonos, judicat. Hæc de priore Criminatione Foreriana: pergamus ad alteram.*

In Batrochocinio suo votorum, denuò, per stuporem an malitiam ipse viderit, me Forerus mendaciter (pro more in habitum traducto) vellicat, injuriarum contra me agens, quod propria & formalia Bellarmini, de Iustificatione, &c. Verba allegando, in litera habere illa eadem scripsi, quæ & nostrarum sint Confessionum, Mendax apud Forerum audio, quasi non essent hæc Bellarmini verba formalia, & nostra doctrinæ consona, ubi dicit: Propter incertitudinem propriæ Iustitiæ, & periculum inanis gloriæ, tutissimum esse, fiduciam totam in sola Misericordia & benignitate Dei reponere. *Dixi hisce verbis, nostram sententiam (qua in Iustificationis actu omnia nostra merita removentes, in sola Dei Misericordia confidimus) non improbari. Quid hic quæso mendacii? Annon hæc nostrorum sententia? an non ad literam (& si vel equulei tormentis examinenda subjiciantur) idem sonant Bellarmini verba? Infert autem Forerus, Bellarminum à nostra sententia (mente videlicet sua) plus quàm cœlum & terram dissidere: &, ut paucis omnia complectar, non Lutheranum, sed Pontificium esse. Quis dubitat? Interim tamen hoc manet verissimum, quod vel invitis vobis, quando ad ἀκμὴν deventum est, interdum invicta Veritas, testimonium à vobis exprimat: quod in Bellarmino factum quoq; res ipsa loquitur. Verba enim suprà allegata, non incidenter, aut obiter a-*

liud agendo, Bellarmino exciderunt, sed disertè formato Quæstionis statu & re diligenter ab ipso ventilata & discussa, tandem in dictam sententiam, veritatis fulgidissima luce urgente, descendere fuit coactus. Quod ut fiat evidentius, penitius Bellarmini totam hanc tractationem expendamus. Capitis titulus est: Quatenus fiducia in meritis collocari possit. *Tres deinde, pro expedienda isthac Quæstione, efformat Propositiones; quarum* PRIMA *est:* Fiduciam Sanctorum, quam in Deo constituunt, non ex Fide sola, sed etiam ex bonis meritis nasci, atque ideò summo studio merita quærenda esse, ut apud Deum fiduciam habere possimus. *Hucusq; satis Papisticè Bellarminus. Videamus autem utrum cum hac Propositione, subsequentes duæ consistere possint, & utrum non prior per posteriores evertatur.* ALTERA *Propositio Bellarminiana est:* In bonis meritis, quæ verè talia esse compertum sit, fiduciam aliquã collocari posse, modò Superbia caveatur. *Et hæc Pontificia videtur: Interim tamen, Conscientiæ stimulo actus Bellarminus, duos injicit acutos & graves admodum scrupulos, quibus pedetentim ad priorẽ suam subvertendam Propositionem adigitur. Unus est, quod non audet* OMNIBUS *indifferenter meritis, sed illis solùm fiduciam adscribere, quæ* VERE TALIA ESSE COMPERTUM SIT. *Quomodo autem compertum hoc fieri possit, ad Tertiam Propositionem annectit, dicens:* NEMO SINE REVELATIONE CERTÒ SCIRE POTEST SE HABERE VERA MERITA. *Quod sanè non est aliud, quàm priori Propositioni evidentissimè omnes incidere nervos. Dicat enim Iesuita, Monachus ille pullatus, qui nam sint illi homines, quibus de suorum meritorum indubio coram Deo valore certò constet. Et, sicubi ex vobis Revelationum Iactatores inveniantur, quæritur jure, unde certò illis constet, vera, neq; illusoria Satanica, facta fuerit, illa Revelatio. Adeò, ad incertitudinis perpetuæ scopulum, hic à Bellarmino injectus scrupulus, primam Propositionem Pontificiam positam deducit.*

Alter injectus scrupulus continetur in verbis [modò superbia caveatur] *Qui scrupulus, ut lucidiùs explicetur, interpretem audiamus ipsum Bellarminum, Tertiæ Propositioni propositi capitis, hæc verba subnectentem,* NIHIL EST FACILIus in hoc loco tentationis, quàm Superbiam ex Consideratione bonorum operum

g gni

gigni. *Si nihil facilius, difficilè sane haudquaquam esse poterit, hominem, in operibus suis fiduciam collocantem, in damnatissimum coram Deo Superbiæ vitium incurrere. Quis igitur, hoc injecto metu (modò ratione destitutus non sit) unquàm in suis meritis collocare fiduciam, ausit? maximè cum spiritualis isthæc superbia, non modò facilimè homini accidat, sed & adeò latenter subrepere soleat, ut quo magis quis illa turget superbia, eò minùs eandem in semetipso animadvertat & observet. Videt igitur Lector, quàm titubante Conscientia, Iesuitæ, suam in operibus fiduciam ponendã defendant, ut Conscientiæ propriæ remorsu, & vi Veritatis invictæ ipsimet ad evertendam hanc fictitiam suam fiduciam, tela nobis subministrare cogantur. Videmus igitur in illis hominibus Conscientiam cauteriatam. Sic enim rectissimè, ex corde & anima Bellarmini concludimus:* Iis in meritis, de quibus, quòd coram Deo verè sint bona merita, certò constare potest nunquam, & præsentissimum spiritualis Superbiæ habent periculum; in iis coram Deo confidere (in Iustificationis actu) haudquaquàm licet. Talia sunt omnia Christianorum merita. Ergo, iis confidere haudquaquam licet. *Major verissima est, & in Bellarmini scriptione, ab ipsomet suppeditatis rationibus, acceptata. Minor verò est illius ejusdem, in terminis terminantibus, propria. Atque adeò, si maxime Tertiam Propositionem Bellarminus in isthac Quæstione apposuisset nunquam: ex jam dictis tamen manifestissimum esset, Iesuitas ipsos in intimo cordis recessu, talia agnoscere, nostræ Evangelicæ sententiæ fundamenta, quæ Conscientiam ipsorum terreant & constringant, nobisq; palmam & herbam porrigant. Cur ergo Forero mentitus sim ego, qui dixi, scripsi, nostram sententiam neque ab ipso Bellarmino potuisse improbari?*

Sed procedamus ad TERTIAM, *(de qua inter nos agitur) Bellarmini Propositionem, quæ in litera sic sonat:* Propter incertitudinem propriæ Iustitiæ, & periculum inanis gloriæ, tutissimum est, Fiduciam totam, in sola Dei benignitate & Misericordia reponere. *Fulmina mera, si non pondera, habent contra Iesuitas Pseudo-Iustitiarios, isthæc Asinæ Bileamiticæ, Bellarmini verba. Quæstio à Bellarmino ipso ita formatur.* Quatenus fiducia in meritis collocari possit. *Subjiciatur nunc responsum hujus Tertiæ Propositionis: quæ in se in-*

se includit negationem non tantùm hujus propositæ, sed & illius alterius, quam inprimis substernī oportuerat, Quæstionis: Vtrum videlicet in meritis aliqua fiducia collocanda. *Ad istam Quæstionem* (VTRUM) *si applicetur Tertia Propositio, quin & Secunda, quid quæso aliud inde consequetur, quàm* NULLAM, NULLAM *posse tutò collocari in meritis Fiduciam:* Enumeremus rationes Bellarminianas. *Consultum haudquaquā est in meritis ponere fiduciam:* I. Propter verè bonorum operū Incertitudinē, cùm nemo, nisi per Revelationē eadē re cert' esse possit: *Desint aūt vel Revelationes, aut si adsint, de illis ipsis utrum ex Deo sint an Satanica sint ludibria æquè sanè sit incertum.* II. Propter periculum Superbiæ aut inanis gloriæ, quo NIHIL FACILIUS in hoc tentationis loco, *ipse fatetur Bellarminus. Argumentatur igitur à periculoso, & quidē eò magis, quod* NIHIL FACILIÙS, *in hoc tentationis loco, quàm ad istbos periculum deduci. Hucusq; rationes ab impossibili & à periculoso.* III. TUTISSIMUM (*inquit Bellarminus*) est, fiduciam totam, in sola Dei benignitate & Misericordia reponere. *Si tutissimū hoc: cur ad minùs tuta, quin & facilimè periculosa, vestras vobis cōcreditas animas, perducere vestra doctrina laboratis? Si autem quod non modò* TUTUM, *sed &* TUTISSIMŪ *est, sequendum; certè omnis tollitur in meritis collocanda fiducia.* IV. Fiduciam TOTAM, *in Dei misericordia collocandam, dicit Bellarminus, & rectissimè. Hinc, si* TOTA *requiritur Fiducia, non licet vel* minutissimam *aliquam Fiduciæ particulam in meritis reponere: alioquin jam totum non poterit amplius esse totum. Quid ergo reliquum sit Fiduciæ, meritis tribuendum? Nihil.* V. Fiduciam illam totam IN SOLA Dei Misericordia & benignitate reponere, tutissimū *dicit Bellarminus. Si in* SOLA *Dei Misericordia reponi debet Fiducia, & quidem* TOTA, *quid quæso extra Dei Misericordiam relinqui potest, in quo posit aliqua saltem reponi fiducia? Iam enim unico aliquo dato merito, in quo fiducia reponenda sit, non ampliùs in* SOLA, SOLA, SOLA *Dei Misericordia & benignitate Fiducia illa, sed & in aliud aliquid, extra Dei Misericordiam reponitur, ut jam non ampliùs sola sit vel solitaria in Dei Misericordiam, sed juxta hanc, in merita, quoquo modo, aliqua Fiducia reponenda. Hanc esse verè Lutheranam Confessionem sole meridiano clariùs est: quomodo igitur Forero mentitus sui cum dixeram:* Es wird also von den Vnserigen gelehrt/daß in der

Recht-

Rechtfertigung vor Gott/ unsere gute Werck/ vor dem gestren- gen Gericht Gottes/nicht bestehen mögen/ als welche nimmer- mehr vollkommen seyen/sondern Gott der HERR allezeit grosse Fehl und Mängel daran befinde: Darumb man sich auff aigne Werck nicht zuvertrösten/ sondern vor GOttes Gericht anders nichts/als allein der thewre Verdienst Jesu Christi/gnug sey un- sere Sünden zu büssen und zu bezahlen. Drumb wir auch nit auß eignem unserm Verdienst/sondern auß lauter Gnad und Barm- hertzigkeit Gottes/durch den Glauben an Christum/ seelig kön- nen werden. Wann nun guthertzige Papisten/ diese unsere Meynung hören/können sie dieselbige nicht verwerffen/ und ge- het auß einem andern Faß her: Sintemal auch Bellarminus/ein gelehrter Päbstischer Cardinal/in der Frag: Ob ein Christ auff seine Verdienst vor Gott ein Vertrawen zusetzen/oder nicht; E- ben AVFF VNSERE MEJNVNG/ mit diesen Wor- ten KOMMET: Propter Incertitudinem propriæ Iusti- tiæ,&c. ut supra. *At verò non ad nostram sententiam, propriis à se adductus rationibus, descendere coactus fuit Bellarminus? Annon ita Fi- duciam ad salutem pingit, ut omnem Fiduciam operum excludat, quan- do eam:* 1. TOTAM 2. IN SOLA *Dei benignitate & Misericordia.* 3. TUTISSIMÈ *constitui docet? ubi ergo ullum hic apparet Mendacium?*

Sed, objicit Forer ulterius, in Explicatione Bellarminiana antè & post authorem sese ita declarare, ut Pontificiam tamen communem il- lam, de meritorum Fiducia, opinionem retineat. Quis negat? Neque enim dixi aut scripsi, Bellarminum sincerè mutasse sententiam, & abje- cto errore, ingenuè & candidè ad veritatem à se agnitam, & firmis ra- tionibus assertam, accessisse: neque etiam hoc erat mei Propositi: sed il- lud: Exagitari à Iesuitis nostram sententiam, & dirissimis calu- mniis impeti, interim verò, quando pro Conscientia (ponde- ratis Scripturæ authoritatibus sc. & rationibus) loquendum sit, Veritatis vim exprimere illis talia verba, quæ cum nostra sententia optimè quadrent: quemadmodum allegatis Bellar- mini verbis, per omnia (ut sonant in litera) nos Lutherani sub- scribere possumus. *Quod autem Iesuitæ interdum Lutheranis loquũ- tur verbis, veritatem confitentur, & mox tamen ad Vomitum redeunt,*

aut dicendo rerum, mentem autem suam se retinere Pontificiam: id cum Pharisæis & Scribis habent commune, qui verba Mosis & Prophetarum ad literam in cathedris prælegentes, mentem & sententiam subjungebant perversam; & quæ in litera rectè docebant, ea in sensu & mente dein ipsimet adulterabant. Ubi literam esse sectandam, sensum verò Pharisæorum dimittendum, Christus ipse monet, dicens : Super cathedram Mosis sederunt Scribæ & Pharisæi. Omnia ergo quæcunque dixerint vobis servare (*scilicet, ex verbo Mosis & Prophetarum*) servare & facite; secundum opera verò E O R U M, nolite facere: *Matth. 23. v. 2.3. Atque ita, licet veritatis splendore convicti Iesuitæ nobiscum loquantur: mox tamen rectè dictorum eosdem pudet, & ne errorem lucidissima sua Confessione oppositum, revocasse videantur, furfures miscent iterum & quisquilias, & veterem cantilenam denuò occinere incipiunt. Quod, quàm fiat rectè, quàm candidè, quàm Theologicè, quàm sincerè, candidi & boni judicent homines. Adeò autem suum Bellarminum quin & Iesuitarum totam catervam, & seipsum isthac objectatione quòd verba literali sensui contraria (quæ declaratoria esse vult) in eodem Bellarmini capite reperiantur, à falso non vindicat Forerus, ut potiùs Bellarminum & cæteros complures Iesuitas, Præstigiatores Ludiones efficiat, qui pro nuce mystica orbiculum ex equinoano delatum, simpliciorum oris ingerere attentent, & aliud dicendo, aliud tamen intellectum velint, & candidum scribendo, atram tamen adhibendam Interpretationem, contendant.*

Sed & turpissimum hoc ipsum est Iesuiticum Effugium. Preterquàm enim, quòd non satis candidè, sed fucatè à Iesuitis in hujusmodi Confessionibus agitur: insuper, dum commentari in suas, ad literam rectissimè & secundum Scripturæ Sacræ stylum conceptas Propositiones, conantur: ad eas perdendas, utuntur à semetipsis ineptias, quibus, quæ Consequentia, seu rectè dicta, in præposterum rapere se ipsum contendant improbè, inde fit luculentum, quòd Expositiones suas per meras contradictiones faciendo, ludibrio enimium sese exponant manifestissimè; & ita quidem ut aut Propositiones ipsas penitùs everti, aut commentationes sincerè congruentissimas esse, vix non videas. Tanta scilicet est veritatis vis est.

Videamus hujus rei Exemplum in proposito nostro isthoc evidentissimum In allegato capite habentur hæc. Bellarmini verba, satis crassè:

extra

& extra omne dubium Pontificii: Catholica Eccleſia mediam viam ingreditur, quæ præcipuam fiduciam & ſpem in Deo ponendam eſſe: ALIQUAM tamen in meritis poni poſſe doceat. *Hæc Bellarmini ſunt verba: quibus oppono antea adducta Secundæ & Tertiæ Propoſitionis verba*: In bonis meritis, quæ verè talia comperta ſit, fiduciam aliquam collocari poſſe, modò Superbia caveatur. *Aſſumantur & ſtatim ſequentia verba hæc*: Nemo ſine Revelatione certò ſcire poteſt ſe habere vera merita. *Et iterum*: Nihil facilius eſt in hoc loco Tentationis, quàm Superbiam ex conſideratione bonorum operum gigni. *Addantur verba Propoſitionis Tertiæ*: Propter incertitudinem propriæ Iuſtitiæ, & periculum inanis gloriæ, tutiſſimum eſſe, fiduciam totam, in ſola Dei benignitate & Miſericordia reponere. *Conciliet jam, qui Conciliationum Magiſtrum ſe profitetur, haſce inter ſe Propoſitiones*: Aliquam poni poſſe in meritis fiduciam: & in ſola Dei Miſericordia ponendam fiduciam. *Item*: Totam fiduciam in DEI Miſericordiam, aliquam autem & ita non amplius in Dei Miſericordia totam, ſed particulariter (licet præcipuè) in Deo, particulariter etiam in meritis eſſe reponendam. *Item*: Faciendum eſt id, quod tutiſſimum: &, faciendum id, quod non modò quavis ratione minùs ſit tutum, ſed & præſentiſſimum & certiſſimum periculum ſubſit, & tale quidem, ad quod perveniri & deduci nihil ſit facilius. *Item*: Tutiſſimam rationem ſuſcipiendam & eam quoque rationem ſuſcipiendam, in qua nuſquàm tuta ſit fides, ſed incertitudo, ſine Revelatione, perpetuò in animo hæreat. *Hoccine eſt ad datas Propoſitiones commentari, hocné eſt explicare & interpretari? Siquidem idem fuerit deſtruere, quod ædificare.*

Non minùs ineptiſſimè ineptus eſt Bellarminus, ad Tertiam ſuam datam Propoſitionem ita commentando, & Cataplaſma, vulneri (per Conſcientiæ & Veritatis vim) à ſemetipſo, Pontificiæ doctrinæ inflicto, applicare conando, ubi dicit: Non ita accipienda eſt (*hæc Tertia Propoſitio*) quaſi non ſit in bonis operibus confidendum, quaſi non ſint VERA JUSTITIA, AUT JUDICIUM DEI SUSTINERE NON POSSINT, ſed hoc ſolùm dicimus, tutius eſſe, merito-

 rito-

ritorum jam partorum quodammodò oblivisci & in SOLAM Dei Misericordiam respicere. *Quid verò hîc agit Bellarminus? num somniavit fortassè? Annon in ipso hoc Cataplasmate, nondum ad Tertiæ Propositionis verba collato, Contradictiones habentur plurimæ? Quomodo enim (rogo per Misericordiam Dei) stare simul possunt, duæ istæ Propositiones:* In SOLA Dei Misericordia confidendum: *&:* non ita sentiendum, quasi non sit in operibus bonis confidendum? *Quasi, si & in operibus confidendum fuerit, jam in* SOLA *Dei Misericordia confisus talis (qui simul & in operibus confidit) dici posset unquã. Conferantur hæc ipsa Cataplasmatis hujus verba, cum verbis duarum (Secundæ & Tertiæ) Propositionis, & magis commentarii Iesuitici contradictorii sese prodent. Quod anteà dicebatur* TUTISSIMUM *(in Superlativo) id jam remissiùs aliquãtò dicitur* TUTIUS, *& proindè aliqua ratione, neq; tutissimum, neq;* OMNINO SATIS TUTUM. *Quod antea adductis rationibus, deducebatur ad impossibile, (nisi per Revelationem) id nunc possibile Iesuitis reddi incipit, etiam non adjecta Revelationis mentione. Quod antea adeò periculosum, ut facilius nihil sit, prolapsu in isthoc periculum, id jam non tutum, sed tutius esse dicitur.* De*quo antea assertum, quòd incertitudinem habeat, & ejus incertitudinis satis graves ab ipso Authore adductæ erant rationes: id jam illius est Iesuitis certitudinis, ut* vera Iustitia appellari, & Iudicium Dei sustinere posse asseratur. *De quo anteà desperatum, ita ut à Iustitia Dei, ad illius Misericordiam & benignitatem fuerit provocandum: id nunc adeò extollitur,* ut IUDICIUM DEI sustinere *possit, & postliminiò, quasi, deserta* Dei *Misericordia, ad justam appelletur illius Iustitiam & Iudicium. In sola* Dei *Misericordia confidendum; & quia in* SOLA *hac, operum meritis (ut quæ per voculam* SOLA *excluduntur) esse valedicendum: itaq; ex toto, quia* TOTA *fiducia in* SOLA *Dei Misericordia reponenda: & interim, non ex* TOTO, *neq; omnimodè, sed* QUODAMMODÒ *(& ita non totaliter) meritorum obliviscendum. Ubi autem* TOTUM, *& ubi* SOLUM *aliquid dicitur: potestnè esse sine contradictione totum, quod non totum est omnibus suis partibus? potestnè esse id solum aut solitarium, quod ut causas & concausas, etiam alia sibi habet adjuncta? Quàm absurda hæc, & contradictoria?*

Ut igitur tandem ad Colophonem, præsens hoc negotium deducam,

tam, hanc Forerianam calumniam, mihi mendaciter improperatam, disiciam: manifestum satis est, Bellarminum, ex firmissimis evidentissimisq; rationibus, nostram orthodoxam, in Propositione tertia, adstruxisse sententiam; ne autem suos offenderet, aut ne videretur, interim cœlesti veritati cessisse, aut in meliùs profecisse, per Interpretationes incommodas & Contradictorias consulere sibi voluisse, rem autem propter implicatas Contradictiones, illi infelicissimè cessisse. Iesuitas item, splendore Veritatis convictos, licet renitentes, ad Veritati publicum nonnunquam exhibendum testimonium, per necessitatem fundamentorum, & conscientiam propriam adigi, & ne in prioribus errasse videantur, ad vomitum redire, Ecclesiam ludificari, & ne deprehendantur à veritate constricti, uno ore calidum efflare & frigidum, *neq; constanter de veritate testimoniũ dicere, interim tamen Deũ vel invitos, ad verũ dicendũ adigere, non minus, ac Caipham Spiritus Sanctus, de Christo vera vaticinari coëgit, Ioan: 11. v. 50. 51. ubi quidem Caiphas in suis explicationibus sensui literali strenuè & omni suo conatu contradixit: literali tamen eodem sensu verissimo, & inconcussè consistente. Taliter Bellarminus & alii Iesuitarum, veritatem nonnunquàm loquuntur, cui etsi obstrepere postea cum Caipha nitantur: frustrà tamen agunt, & veritatis Testimonium in se verum manet & invictum, utcunque illud resorbere illi allaborent efflictissimè.*

Aniliter autem & pueriliter admodùm (non tamen sine Divisionis Fallacia) ludit Forerus, suum defensurus Bellarminum, quando stultissimis similitudinibus excusare illum conatur. Iacendo, *dicit*, humi, tutissimus es à casu; Non tamen sequi, ait, Ergo nunquàm tutus es stando. Ad ebrietatem quoq; vitandam, tutissimum est meram aquam bibere: malè tamen inferri. Ergo tutum non esse, vino moderatè uti. *Eundem in modum & Bellarminum locutũ. Forer contendit. At quid ad vocabula illa,* TOTIUS *Fiduciæ: &* SOLIUS *Dei Misericordiæ? Nullumnè hîc haret nervus? quibus verbis (contextu integrato) junctim sumptis, in auras evanescit omne similitudinum allatarum robur. Quis enim dicat:* SOLUM *jacendo hominem à lapsu tutũ? Quis;* SOLUM *bibendo aquã meram, ab Ebrietate tutum esse hominem? Quàm ridiculè? Et quid argumentatur Forerus à comparatione eorum, quæ juxta se, suis gradibus neq; distinguuntur, neq; consistere possunt,*

quando per exclusivas voculas, omne id removetur, quod in comparationem Forerus devocare studet? Quis hîc Comparationi potest dari locus? Non enim instituitur in Bellarminianis Propositionibus comparatio, inter TUTA *& magis* TUTA, *seu tutissima; sed agitur de* TUTISSIMO *aliquo, & ex opposito, non de aliquo* TUTO, *sed de* PERICULOSO, *& ita quidem periculoso, ut non unum solummodo in sè immineat periculum: periculum videlicet incertitudinis, & periculum inanis gloriæ & superbiæ. Quod posterius quantum sit periculum, Christus explicat, dicens:* Quod hominibus altum est, abominatio est ante Deum: Lucæ 16. v. 15. *Et concedit quidem Iesuita ipse,* nihil esse facilius, quam in hoc Tentationis loco, in illâ superbiâ incidere. *Non ergo cõparatè sed contradictoriè se habent, quæ comparari inter se contendit Forerus: similitudines autem ab eo adductæ, loquũtur, de cõparatè & subordinatè vel subalternè ad se mutuò sese habentibus: meræ sunt igitur ineptiæ. Et hac etiam de Altero mihi a Forero intentato (quod duplex esse dixerat) mendacio, quod non minùs, quàm illud prius in caput vanum, Authoris mendacissimi Foreri, redundat. Sua ergo habeat sibi mendacia vaniloquium hoc hominis.*

Stengel zu Ingolstatt. *Prodiit denique (tertio loco) & Caulis quidam, ex horti Iesuitici Ingolstadiensis Brassiceto, qui & ipse, ut nugas suas, in Præfatione* deß Catholischen Fisch-Netzes *numerosiores redderet, non semel antedictam meam Præmonitoriam in Revocatione Reihingiana, allatrare stultim & carptim fuit ausus. Sed eodem stylo, quo præcedentium præcedentia, hoc est, vano & mendaci. Miratur Caulis ille,* hoc nomine D. Reihingio me gratulatum, quod perceptis Veritatis invictæ splendidissimis radiis, Beatum Paulum (*Gal. 1. v. 16*) imitatus, non acquieverit carni & sanguini: optatque non acquievisse Reihingium; sic enim cum Jesuitis permansurum illum fuisse. *Belliculi sanè Patres, qui carnis & sanguinis expertes, eos ex carne judicare censent, qui posthabitis persecutionibus Iesuiticis perpetuis & gravissimis, caput suum mille telis objicere, innumerabilibusq; periculis, ob mutatam Religionem, suam se vitam exponere certissimum habent, cùm inter illos olim fratellos florere & belliculè, lautèque agere, & halcyonia vivere potuissent. Pericula præsentissima spernere, odia cõtemnere, ad durissima & dirissima, propter Christum, esse paratum: hac*

si car-

si carnem resipiant, si ex carnis dictamine proveniant; tùm Iesuitis certè, Spiritus caro, & caro fuerit Spiritus. Quàm ridiculè igitur hæc, Caulis Ingolstadiensis? Infert dein de Petro Paulo Vergerio, quem Veritatis amore Scripturæque S. diligentiori lectitatione, haudquaquam, sed aliis rationibus adductum (cùm anteà Cardinalitiam adipisci se posse Dignitatem sperâsset, ea autem desperata, per Lutheranismum de suis Pontificiis vindictam meditatus fuerit) ad nostras partes accessisse fingit Caulis; *idq; triplici testimonio, sive argumento. Primo enim* ad Sleidanum nostrum provocat, *qui eadem, quæ Caulis, de Vergerio referat. Audiamus Sleidanum ipsum, Cauli Ingolstadiensi, crassum suum mendacium in Os regerentem & retorquentem, cujus hæc sunt formalia verba*: A Pontificatu Romano, posteà (*peractis quibusdam Legationibus*) defecit (*Vergerius*) MIRABILI QUADAM OCCASIONE. Cùm à Colloquio Wormatiensi, Romam vocatus, rediisset; Pontifex, creaturus novos Cardinales, ipsum quoque designabat inter alios: erant autem, qui clanculùm insusurrarent, illum multa jam consuetudine Germanorum, esse factum Lutheranum. Hoc ubi Vergerius è Cardinale Ginucio, cui Pontifex dixerat, audisset, valdè fuit attonitus, & ut sese purgaret, in Patriam se edit, atque librum orditur, cui titulum dedit, Adversus Apostatas Germaniæ. Dum autem CONFUTANDI causa, libros Adversariorum DILIGENTER EXCUTIT, ET ATTENTÈ CONSIDERAT ARGUMENTA, CAPTUM sese, VICTUMQUE sentit, & abjecta spe Cardinalatus, ad fratrem suum Germanum, Joannem Baptistam, Polæ civitatis Episcopum adiit, &c. *Hucusq; Sleidanus: qui nequicquã ex vindicta, ob negatum galerum Cardinalitium, cupiditate*, sed ex nostrorum Scriptorum argumentis, *primò se* convictum *agnovisse, &* postquàm agnovit, *spem Cardinalatus abjecisse: nequaquam autem* priùs *spei Cardinalatus vale dixisse, & ut vindictam quoquo modo exerceret, tum demum ad Lutheranos factum profugum Vergerium dicit.* Non *autem hoc loco quæritur, quid fingat Caulis Brassicanus: sed utrum illi astipuletur Sleidanus, an controvertitur, quem in faciem Ingolstadiensis Brassicanus Caulis hic contradicere, modo allegata verba evidentissimè*

Sleidanus in Comment. lib. 21.

con-

convincunt. Et interim tamen (proh pudor) ad Sleidanum mendaciter provocare, Stengelius iste, non veretur. Propudium! Et: quia Forerus antea jam ad Parentis mei, p. m. Historiam Ecclesiasticam provocavit: audiant Iesuitæ, quid ille de Vergerio, & conversionis ejus causis (præter jam recitatas) ulterius scripserit: Mirabili (*inquit*) & planè divina Providentia factum est, ut Spieræ miserabilis casus, Petro Paulo Vergerio cederet ad animæ suæ æternam salutem, &c. *Ubi audiunt Iesuitæ Vergerium, non ex desperato galero Cardinalitio, ad nostram Confessionem Evangelicam, accessisse: sed ad publicè, quod divina gratia, & diligenti Scripturarum pensitatione, anteà jam animo conceperat, profitendum, exemplo tragico Spieræ (qui agnitam veritatem ex metu abnegaverat) motum, ne in idem justum Dei incideret Iudicium, Italia excessisse. Ideò subjungit Parens meus, p. m.* Tridenti in animo suo certò constituit, relicta Patria, posthabitisque rebus omnibus, in voluntarium exilium abire, & eò proficisci, ubi Christum liberè profiteri posset. Multùm enim movebat tristissimus casus Francisci Spieræ, qui propter Evangelicam doctrinam abnegatam & abjuratam, horribiliter de Misericordia Dei desperaverat, &c. *Hucusque Osiander, qui Vergerii contemporaneus, eidemque benè notus fuit.*

Cent. 16. pagin. 501. & 502.

Alterum (ubi de infausta Vergerii morte, suaviter mentiri pergit Caulis) testimonium ab homine, fide dignissimo, scilicet, Laurentio Surio *desumitur: de cujus fide, propter fabulas innumeras, quibus suas illustravit Historias, easque hominibus fabulis gaudentibus, lectu jucundiores reddidit, etiam apud Pontificios ipsos dubitatur. Domesticus ille Pontificiorum est testis, in πλάσι præ multis admodum* Felix. *Et, quis homini illi stultissimo, inter parietes educato, quæ vera, quæ ficta de Vergerii morte spargerentur, dixisset? Loquantur nostri, qui superstites adhuc, specialia de illo referunt: superest Concio & Laudatio Funebris, à nemine Vestrum, dum illarum authores supervivebant attrectata, neque contenta earum ab Anterioribus Vestris negata: quandoquidem, inter omnes tùm Viventes notissimæ Veritati cõtradicere, piaculum illi (Iesuitis hodiernis hac in parte probiores) omninò duxerunt. Quid de Lutheri morte (aliquot annis antè quàm fatis ille concederet) Itali confinxerunt? Quos D. Lutherus salsè sanè risit, recitatione illa*

Lucia-

[illegible] in Germaniam [illegible], & sine subscriptione, quā ipse [illegible] in publicos typos missa. Adeò veraces sunt Jesuitarum Narrationes, ut quæ facta non sunt, neque futura sunt unquam, pro factis & gestis, sua impudentia [illegible] apologis & Æsopicis Historiis, non dubitent. Abeant igitur suo cum Surio, ad Garamantas & Japonicas suas Regiones, fabulis ejusmodi aptiores, quòd dispositionibus, faciliùs, quam propinquioribus fabulamenta talia otiosa, persuadeantur.

Tertium est documentum, de Vergerii infelici obitu, ex Recitationibus D. Venerandi Gableri desumptum: quasi ille eo motus spectaculo, Religionem orthodoxam, in Pontificiam permutaverit. Apostatam illum factum Gablerum, probè recordatur Tubinga: eam autem (quam Caulis fingit) Apostasiæ causam fuisse illi, non tantùm ignorat Tubinga, sed vicissim de eo est certissima, quòd metu ille, per Pontificios quosdā vicinos (sibi amicos) injecto fore, ut ingēti periculo brevi sint implicandi Evangelici, humani aliquid passus, de evitando periculo, jam ante Vergerii mortem cogitaverit, & ad Pontificios accesserit. Non autem queritur, quid retulerit Gablerus, sed QUAM VERÈ: imò, utrum ITA retulerit, probandum incumbit Cauli Brassicano. Et retulerit sanè: addo etiam, Vera retulerit, (de quo tamen nemini Tubingæ constat,) quid hæc ad Reibingium NOSTRUM? (Vester enim non ampliùs esse cupit) quasi non morbus mentem ad tempus captivare posset? Et: quasi non darentur tentationum intervalla, etiam apud homines verè fideles & conscientiosissimos: quæ tamen divino beneficio tandem superantur? Videatur solummodò Historia Beati Jobi, & sublata erit Controversia.

Quomodo autem apud nos vixerit Vergerius, quo mortis genere defunctus, non tàm docent Concio & Laudatio funebris, quàm ipsius Epitaphiū, quod Vergerio appensum, in æde Divi Georgii apud nos in hodiernum usq; diem publicè prostat: per tot jam annos, à nemine reprehensum, neq; falsitatis à quoquam bono redargutum. Quod quia ignorare videntur Monachi Jesuitæ: in horum gratiam verbatim illud ipsum subjungam. Id autem ita habet.

Epitaphium.

Reverendissimi in Christo Patris ac Domini

DN. PETRI PAULI VERGERII, OLIM EPISCOPI Justinopolitani, Evangelicæ Veritatis amore, in Exilio mortui *Tubingæ, 4. Octob. Anno 1565.*


HOc ego sum Petrus Paulus cognomine gaudens:
Vergerii sanctâ contumulatus humo:
Qui Justinopoli dicebar Episcopus olim:
Legatus fueram Regna per ampla Papæ.
Attamen abjecto, Mundus quem quærit honore,
Cum Vera amplexus sum pietate Fidem.
Sic volui potiùs pius Exul in orbe vagari:
Quàm Præsul Patriis, impius esse locis.
Petrus eram primò, quia te bone Christe negabam.
Petrus eram pascens pòst, tibi Christe, gregem.
Paulus eram, quia te cōtra, bone Christe, fremebam:
Paulus eram pro te, Christe, ferendo Crucem.
Vergerius meritò Vergens dicebar ad orcum:
Vergerius vergens, dicar ad astra poli.
Quisquis es, in meritum Christi qui fidis, ad Vrnam
Accedens nostram talia Vota feras:
VergerIVs fVerat qVI CLarVs EpisCopVs oLIM
EX IVstInopoLI, VIVat In arCe poLI.

Hæc Epitaphium, Anno 1566. (paucis scilicet mensibus ab obitu) Domino Vergerio, jubente, & expensas subministrante Illustrissi-

ſtriſſimo Dn. Dn. Chriſtophoro, Duce Wirtembergico, *publice poſitum, à nemine contradictionem hucuſq; fuit expertum. De horrenda illius morte, nemo Tubingæ inaudiit quicquam: piè in Domino obiiſſe eundem, teſtes fuere olim oculati, qui morienti ex noſtris adſtitere: teſtis hucuſq; fidelis, tota fuit Wirtemberga; ita ut mendaci ſtilo, Caulus Ingolſtadienſis ea, quæ de Vergerio, (nuper natus homo) edidit, in publicum ſcripſiſſe convincatur.*

Ne igitur infauſtè ex Vergerii exemplo (falſitate tamen adducto) ominentur D. Reihingio Jeſuitæ. Sua potius conſulant Conſcientiæ, & quomodo ſuper Veritatis cœleſtis perverſa oppugnatione, & perſecutione, Deo reddituri ſint aliquando rationem, diligentiùs diſpiciant, & exactiùs trutinent. Quæ Ieſuitas hoſce ſcire volui.

Hæc autem in formula Præfationis hujus conſcribere placuit, quòd in præſenti Diſputatione Reverendi & Clariſſimi Viri, Domini Doctoris Pregitzeri, ad theſin Forerianam 46. mea quoq; Perſonæ injecta fuerit mentio: ut igitur, quid de mihi impoſitis Forerianis mendaciis ſentiendum ſit, Lectores habeant, breviter meo etiam edere volui calamo. Cætera quod attinet, cùm evidentiſſimè à Reverendo Domino Collega & fratre meo, ea ſint refutata, meum non eſt actum agere. Inveniet autem in Diſputatione iſthac præſenti, benevolus Lector, quantis vanitatibus, inanitatibus, & mendaciis, Forerus per totum ſuum Votorum Batrochocinium contra D.D. Pregezerum ſit uſus, quantaq; inſanus hic Ieſuita, præpolleat Impudentia, quamq; maſculè & nervosè mendacia ipſius luci ſint expoſita & refutata. Quo nomine, Deo Opt: Max: ingentes ago gratias, quod Eccleſiæ ſuæ dilectæ, aliis poſt alios licet decedentibus, ſubſtituat tamen Spiritu ſuo exornatos & donis ditatos Theologos, qui obſtreperis illis veritatis Ravis & Calumniatoribus, obvios ſe ſiſtere, illorumq; calumnioſa mẽdacia, pio zelo, contundere & peſſundare auſint & poſſint. Idem Deus Opt: Max: ora præfractè obſiſtentium obſtruat, veritatem cœleſtem ex horum faucibus eripiat, Eccleſiamq; ſuam, à damnoſis ejuſmodi Mendaciorum Architectis, clementer defendere dignetur. Benè in Chriſto Vale, Lector benevole, & Ieſuitarum artes pravas noſcere, fugere & deteſtari, magis & magis addiſce. Scripſi: 23. Octobr. Anno Salutis. 1623.



NE VACARENT HAE PAGELLÆ, VOTIVÆ PONtificiæ Continentiæ & Castitatis Eexemplar, ex Breviario compertorum in Monastèriis, Conventibus, Collegiis, &c. Anglìcæ Visitationis, ab Rege Henrico Octavo institutæ,(ex scribente Joanne Balèo) annectere placuit: ex quo fructus quinam sint Pontificiæ votivæ Castitatis & Clericorũ Cœlibatus, tanquàm in tabella, spectare licet.

ITA AUTEM Liber ille (Breviarium dictus) habet: In Monasterio Bellensi, quod alio nomine Battell vocatur, Cicestriensis Diœcesis, hi sunt Sodomitæ, in ipsa Visitatione reperti: Iohannes Abbas, Richardus Salchurst, Thomas Cuthberth, Gulielmus Marche, Iohannes Hastinge, Gregorius Champion, Clemens Westfelde, Ioannes Crosse, Thomas Crambroke, Thomas Basyll, Ioannes Hamfelde,

Ioan-

Joannes Hierom, Clemens Grigge, Ricardus Touze, & Joannes Austya. Incontinentes (id est, scortatores) Thomas Lyuet cum una maritata, & alia soluta: Thomas Cranbroke, cum eisdē ac pluribus: & cætera.

In Ecclesia Christi Cantuariæ, inter Monachos etiam Benedictinos, hi quoq; reperiebantur Sodomitæ: Ricardus Godmersham, Guilielmus Leichenfelde, Christophorus Jamys, Joannes Goldmysten, Nicolaus Clement, Guilelmus Cauuston, Joannes Ambrose, Thomas Farlegh, & Thomas Morton. Incontinentes, Christophorus Jamys prædictus, cum tribus conjugatis, & Nicolaus Clement, cum una soluta. In Monasterio S. Augustini (Anglorum Apostoli) ejusdem Urbis & Ordinis, incontinentes isti inveniebantur: Joannes Abbas, cum una tantùm, Joannes Langdun, cum duabus, Joannes Langport cum una, Richardus Compton, cum una, Guilelmus Reinesforth, cum una, Guilelmus Godmerston, cum duabus,

bus, David Franckes cum una, Robertus Saltuuode cum una, Guilelmus Holingborne cum una, Guilelmus Mylton cum una, Joannes Schreuuersberus cum una, & Thomas Barhan Sodomita. In Bathonienſi Monaſterio inter alios plures, Richardus Lyncombe ſeptem meretrices habebat, quatuor ſolutas, & tres conjugatas, eratquè Sodomita. Guilielmus Beuushon Vndecim quoque ſcorta habebat, præter Sodomiſmi Varium genus. In Monkenfarlegenſi cœnobio, Sarisburienſis diœceſis, Ludovicus Prior, novem habuit meretrices, & Conventus adhuc plures. Richardus Prior de Meyden Bradley, quinq; meretrices & tres ſpurios habuit. Guilielmus Abbas Briſtollenſis, quatuor meretrices habuit, tres ſolutas, & unam conjugatam. Thomas, Abbas Abindonenſis, præter ſororem naturalem, ex qua duas procreavit ſoboles, tres alias meretrices habuit: & hic Pater multorum Sodomitarum fuit. In Cœnobio de Shrulbrede


brede Ciceſtrienſis diæceſis , Georgius Walden , Prior , ſeptem meretrices habuit , Joannes Standney ſeptem , Nicolaus Duke, quinque , Heinricus Seluuode duas , præter reliquos & reliquas. Joannes Blanke Prior de Bermondſey, viginti meretrices habuit.

Ut ad Sacrificulorum Collegia veniamus. In caſtro de Windeliſora, Heinricus Woduuarde Succentor, plures meretrices habuit. Nicolaus Whyden quatuor, Georgius Withethorne quinque: Nicolaus Spoke quinque , Robertus Hunne quinque , Simon Todde unam , Nicolaus Walker duas, Guilhelmus Vauſe, Vnam, Robertus Dauyſon ſex, Petrus Bough multas, & alii alias: In Eccleſia cathedrali Ciceſtriæ: Ioãnes Champion Præbendarius de Vualtam , duas meretrices habuit , Guilelmus Croſſe maritatam Vnam, Barker duas ſolutas , Ricardus Buſtelde ſolutam Vnam , de qua ſuſcitavit ſobolem : Bartholomæus Cokisley ſolutam Vnam , Robertus Hunt plures : Thomas

Goſſe,

Gosse, duas conjugatas, Ioannes Hylle, tredecim meretrices, Robertus More, plures. Rogerus Barham plures, Ioannes Bedfelde plures, & alii alias: inter quos etiam prædicti, Rogerus Barham & Ioannes Champion, reperti sunt Sodomitæ. Hæc ex prædicto libro, scilicet Breviario institutæ Visitationis inquit Baleus: Vide Præfationem Ioannis Balei in libro suo de Actis Romanorum Pontificum.

Proœ-



Procemium.



SAPIENTER divina præcavit Sapientia, ut in V. T. omnes aves prædæ assuetæ & carnivoræ rejicerẽtur, ceu immundæ, Levit. 11. v. 13. Ecquæ hæ aves? homines sunt, & nostris hisce seculis etiam Jesuvvitæ sunt, omnia viperinis suis dentibus lacessentes, & nil nisi orthodoxos mordentes. At quì placebunt Deo? Rejicientur tanquam λοίδοροι, *qua de re consulant Aphorismum Apostolicum, 1. Cor. 6. v. 10. Ophiogenes scilicet hos, & Psyllos? Ex optimis non nisi pessima sugentes? Præclaram scilicet hac in re navavit operam* Laurentius Forer Iesuvvita Doctor DICTUS Theologus, *nolens apum, sed araneorum vestigia legere, & ex sacræ Scripturæ flosculis non mel, sed venenum exsugere. In dentatis enim suis chartis ubique nil, nisi maledicentiæ virus*

Iesuvvitæ aves immundæ.

Forer araneus.

A evo-

evomuit; sed nil mirum. Factum id Christo, *Luc. 11. vers. 15. 16.* Iohanni Baptistæ, *Matth. 11. v. 18.* Stephano, *Actor. 7. v. 54.* Paulo, *Act. 9. v. 24. Cur nobis non?* Iesuvvitæ cum Zoilo, *(ita aliis quærentibus, cur omnibus malediceret, respondente)* ideò maledicunt, quia malefacere cum velint, non possunt. *Nos mandato divino obsequentes, Levit. 19. v. 16. ne in illud incurramus, Psal. 50. v. 19. 20. Rom. 1. v. 30. 32. Jacob. 4. v. 11. 1. Pet. 2. v. 1. nolumus eandem falcem cum Jesuvvita in Calumniarum messem mittere (scimus enim cujus Spiritus Filii simus, Luc. 9. v. 55.) edocti in sacris non jure* ἀντιπεπονθότος *Pythagorici agendum, Matthæi 5. v. 44. 45. 46. 47. sed monito Apostolico, 1. Corinth. 4. v. 10. ad 14. parendum esse. Ergò* nil agetis vestris calumniis sciatis, Bonitas nostræ causæ stat, stabitque ut Marpesia cautes. *Ad rem ergò.*

I. Ad Titulum.

Vota Pontificiorum non sunt Catholica.

VOTA TUA *CATHOLICA* vocas. Qui sic? Erunt enim talia vel 1. ratione *Loci:* vel 2. *ætatis, sexus & conditionis*; vel 3.

tem-

temporis; aut potius 4. Catholica erunt, quia *ad formam & regulam Catholicam Apoſtolorum* congruunt, ſive jam pauci, ſive multi ea exoſculentur. At nullum tale. Non I. Non enim (gratia Dei) Vino hujus abominationis & ſcortationis Babylonicæ, omnia loca inebriata ſunt. Reſervatus eſt adhuc *Chriſto grex puſillus*, Luc. 12. v. 32. *intrans per viam anguſtam*, Matth. 7. v. 13. *non flectens genua corā Baal*, 1. Regum 19. v. 18. *quem Dominus novit*, 2. Tim. 2. v. 9. Nec II. Retinuit enim ſemper & ſemper, etiam in medio Papatu, *infantes & lactentes*, quorum ex ore laudem ſibi Deus præparavit, Pſalm. 8. v. 3. Matth. 21. v. 16. Nec III. Primitiva enim Eccleſia ſcit quidem vota Apoſtolica divina, ſpiritualia, at non Apoſtatica impletu impoſſibilia. Nec IV. Altum enim de his in Scriptura ſilentium eſſe, infra in vindicatione locorum à te citatorum efflorelcet. II. *Apoſtatas* vocas nos. *Parcius iſta Viris! Novimus, & qui te* (ſcis quem? Papam inprimis) *tranſverſa tuentibus hirquis.* Apoſtaſia receſſionem à Deo importat, Thom. 22. p. 12. art. Papam talem eſſe, ſolis radio pridem expreſſum eſt. Ergò non nos, ſed Papam loripedem (olim) rectus deſiderat Æthiopem albus. III. *Impios & ſacrilegos* Apoſtatas nos vocas, ſcilicet, ſi ille non eſt impius, cui ſi vitia præciperet, & Virtutes prohiberet, teneretur Eccleſia credere, vitia eſſe bona, & virtutes malas. Bellarm. de Pont. Rom. l. 4. cap. 5. nec ille ſacrilegus, qui contra expreſſa Inſtitutionis verba, alteram S. Cœnæ ſubſtantialem partem furatur nefariè. Cur nos horum ſcelerum immunes, tales tamen convitiari non erubeſcis? IV. *Innuptas* dicis *nuptias* perſonarum ſemel conti-

nentiæ perpetuæ obstrictarum. Sed quo jure, quave injuria? Nuptias ne innuptas vocemus, quæ 1. efficientem habent ipsum Deum. 2. ab eodem ornamentum & benedictionem. 3. certis legibus divinis, humanisque sunt munitæ. 4. sanctissimorum quoque Patriarcharum, Prophetarum, Evangelistarum & Apostolorum exemplis communitæ. 5. à Christo. 6. Apostolis approbatæ & confirmatæ. 7. Fidei Christianæ, precibus, functionibus Ecclesiasticis non repugnantes, sed potiùs. 8. instar pulcherrimæ Scholæ Christianarum virtutum habendæ. 9. propagationi humani generis necessariò inservientes. 10. ingentia bona in omnibus Hierarchiis præstantes. 11. Conjugium spirituale & mysticum Christi cum Ecclesia adumbrantes. Excipies, *hæc omnia vera esse de personis Voto continentiæ nondum obstrictis. Nil ergò ad rem.* At contra: Malè opponuntur nuptiæ antè Episcopatum, vel nuncupatum Votum, si Votum illud sit malè promissum. In malè enim promissis rescindenda fides. Quid de Sacerdotibus conjugatis erit dicendum? Aut enim voverunt, aut non. Si non, Vota tua non erunt Catholica, quod asseris: quod si, & tamen ruperunt, sequitur non ob ruptionem cujuslibet Voti impossibilis, evadere homines apostatas, impios & sacrilegos, nec nuptias ipsorum fore innuptas. Quales quæso sunt illarum personarum, etiam Illustrium, nuptiæ, quibus Pontifex Rom. sæpiùs, & hoc etiam nostro seculo, *Votum Cœlibatus* relaxavit? sunt ne innuptæ Nuptiæ? V. *Impium* quod vocas *Pregitzerum*, quid mirum, ea ipsi sors, quæ Christo, Johan. 8. v. 48. contigit. Addis, *stolidum*, nec hoc mirum. Proprium enim

Veterum pietatẽ & sapientiam suam prodis in suo patrocinio

enim hoc omnium Evangelii confessorum est, talia perpeti, 1. Cor. 3. v. 18. & cap. 4. v. 10. VI. Academiam Tubingensem vocas per convitium *Synagogam*. Prodeat vel tandem veritas ex *Asina Bileamitica*, Num. 22. v. 27. vel inscio Caipha, Johan. 11. v. 10. Præclarus enim hic Ecclesiæ Orthodoxæ & Catholicæ titulus est. Dicitur enim συναγωγὴ, Jacob. 2. v. 2. ἐπισυναγωγὴ, 2. Thess. 2. v. 1. Hebr. 10. v. 25. Corrige ergò tuum Bellarmin. qui l. 3. de Eccl. Mil. cap. 1. scribit; populum N. T. nunquam dici Synagogam, sed semper Ecclesiam.

blasphemiæ. mendacia, contumelias & convitia, quæ ipsi non sunt MOLESTA, sicuti Ieiunium, Eleemosyna, Oratio & Vota. Thes. 51. patronum.

II Ad Dedicationem.

DICIS RELIGIOSE VIR, Vota homine Christiano dignissima, Religioso necessaria esse. 1. De Votis impletu non impossibilibus damus: de Pontificiis autem, quia talia non sunt, negamus. 2. Vitiosè Christianis Religiosos contra distinguis; ita ut omnes quidem Religiosi sint Christiani, non contra. Nam 1. Religio, stylo Scripturæ, in *præceptis* est posita, quæ nos obstringunt ad cultum DEI, vel quæ DEO nos religione & pietate obstringunt. Lactant. l. 4. c. 28. Thom. 22. q. 81. art. 5. Valent. Tom. 3. in Thom. 1609. at tu in *Consiliis* ponis. 2. Efficiens Religionis est *Christus*; instrumentalis *Apostoli*, & consistit in θρησκείᾳ, Jacob. 1. v. 27. honore Christi, Johan. 5. v. 23. Θεοσεβείᾳ Aug. lib. 10. de Civit. c. 4. At Pontificia talis nō est, sed *Monachi, Anthonius, Dominicus, Sebaldus, &c.* 3. Vera Religio omnibus Christianis est communis, Thom. 2. 2. q. 81. 82. Valent. T. 3. p. 1610. Vestra non. Ergò. II. Mendacium est, & contumelia in

Qui audit Præsules Pontificios.

a NON AVDIT CHRISTVM.

in Christum, & ejus Doctrinam, quod asseris, quod is, qui Præsules Pontificios audiat, audiat Christum. Præsules enim illi opponunt se Christo, & ejus Doctrinæ de S. Scriptura, Lege Dei, Symbolo, Oratione Dominica, Baptismo, & de S. Cœna Dominica, &c. Id quod toti Orbi patet & si probationem hujus petis, monstrabo tibi ad oculum. III. Calumnia est, nobis totam rem Votorum, diris devovendam, & in ultimas terras deportandam videri. Statum quæstionis pervertis, & calumniæ hujus non amplius memor, Thes. 19. fateris ipse, nos aliqua concedere Vota. Vota de rebus licitis, in potestate nostra positis, Deoque approbatis, nemo rumpit, nisi omnem honestatem & pietatem exuerit, qualia Vota vestra non sunt. *Non enim Omnes capiunt.* Matth. 19 v. 12. Licet ergò ea Vota, quæ cultum divinum constituunt, hodie abrogata sint, nec enim in N. T. mandatum, nec exemplum probatum, nec promissionem de nuncupandis Votis habemus, Politica tamen vel Ethica, seu non religiosa 1. Ex libertate Christiana. 2. fine bono. 3. extra cultum. 4. propter externam Pædagogiam suscepta, admittimus. Fides enim in possibilibus & licitis Deo data, si rumpatur ab homine, homo rumpatur. Quæ ergò ἀλλοῖα de *Susanne* dramate profers, ea resorbeas: Et quid Luthero cum Calvino, Luci cum tenebris? 2. Cor. 6. v. 14. diei cum nocte, Esa. 5. v. 20. Excipis, *Votum Castitatis, cæteraq; Vota servari posse, si sanctissimorum ordinum castissima ἀσκητήρια velint intueri, paucis exceptis transfugis.* At multis myriadibus adhuc dum in cypria fornace æstuantibus. Unde magni nominis Princeps in Concilio Trid. publica & so-

Forer dicit in Dedicatione: NOS TOTAM rem Votorum diris devovere In Thes. 19. verò: NOS ALIQVA concedere Vota.

& solenni Oratione deploravit, quod *inter Centum Sacerdotes non tres reperiantur casti & honesti.* D. *Reibingium*, quod araneosum & laqueosum Apostatam vocas, is ut vir majoris, id tantum curat, quantum generosus equus latratum catelli cujusdam impudici. Scias, resipiscas. Sed nolo diu corticem lambere. Versifices, βωνίτας καὶ βοαγορ(?)άσους tuos omitto, quid his in Theologicis opus? Ad rei cardinem. Sequar κατὰ πόδα, à Thesi ad Thesin.

CAPUT I.

Nulla dari bona opera supererogationis, quæ sint tantùm Consilii, & non Præcepti.



QUAMVIS EVANGELici non simpliciter consilia & Vota improbent, sed potiùs, ut proponuntur in Scriptura, approbent: attamen, quæ de iis alunt Pontificii figmenta, & opiniones ex Scriptura refutant. *Consilium perfectionis,* inquit Bellarminus, lib. 2. de Monach. c. 7. *Vocamus opus bonum, à Christo nobis non imperatum, sed demonstratum; non mandatum, sed commendatum. Differt autem à præcepto ex parte materiæ, ex parte subjecti, ex parte formæ, ex parte finis. Ex parte materiæ dupliciter: Primò, quia materia præcepti est facilior, consilii difficilior: Illa enim sumpta est ex principiis naturæ, hæc superat quodammodò naturam: Nam ad servandam conjugii fidem natura inclinat; At non ita ad abstinendum à conjugio. Secundò, quia materia præcepti* *Consilium & præceptum, quomodo differant secundum Pontificios.*

bona

bona est, consilii melior & perfectior, loquendo de preceptis, que circa eandem materiam versantur, circa quam versantur consilia: Consilium enim includit preceptum, & aliquid supra preceptum addit. Ex parte subjecti differunt, ut commune, & angustius: Nam preceptum commune est omnium, consilium non item. Ex parte forme, quod preceptum vi sua obliget, consilium in arbitrio hominis positum sit. Ex parte finis, sive effectus, quod preceptum observatum habet premium, non observatum habet pœnam: Consilium autem, si non servetur, nullam habet pœnam, & si servetur, majus habet premium. Hæc Pontificia distinctio est Pharisaica, & verbo Dei è diametro contraria. Appellatio enim *consilii perfectionis*, nullibi reperitur in tota S. Scriptura. *Depositum ergò servamus devitantes profanas vocum inanitates, & oppositiones falsò nominatæ scientiæ.* 1. Tim. 6. v. 20. Secundò, *absurdum est docere, consilia Evangelica esse preceptis Mosis difficiliora.* Nam 1. Absurdum est, dicere & profiteri Deum viventibus sub regno gratiæ rigidiores tulisse Leges, quàm viventibus sub servitute Legis Mosaicæ. 2. *Jugum meum*, dicit Christus, *suave est, & onus meum leve*, Matth. 11. v. 30. Johannes dicit, 1. Epist. 5. v. 3. *Mandata ejus gravia non sunt.* At *Lex dicitur jugum, quod neq; Patres nostri, neq; nos portare potuimus.* Act. 15. v. 10. Quare consilia Evangelica nequeunt esse difficiliora, quàm jugum Mosaicum: Et per consequens *falsum* est pronunciatum Scholasticorum: *Consilia esse supra precepta.* 3. Nemo hominum potest implere Legem. Ergò nemo hominum potest plura præstare, quàm Decalogus requirit. Nemo enim potest perfectus esse, sicut Pater Cœlestis; nemo potest Deum diligere ex *toto* corde,

Absurdum, consilia Evangelica esse preceptis Mosis difficiliora.

corde, ex *tota* anima, & *omnibus* viribus. Aug. lib. 1. de doctrina Christ. cap. 22. *cùm ait toto corde, tota mente, tota anima*, NULLAM VITÆ NOSTRÆ PARTEM RELINQUIT, *quæ vacare debeat, & quasi locum dare, ut alia re frui velit, sed quicquid aliud diligendum venerit in animum, illuc rapiatur, quò totius dilectionis impetus currit.* Damnatur à lege non tantùm concupiscentia actualis, sed etiam originalis. Itaque *adulter etiam est, quicunque aspexerit uxorem alterius ad concupiscendum eam.* Matth. 5. v. 28. *Nemo potest dicere mundum esse cor suum à concupiscentiis.* Ergò nemo dicere potest, se per omnia observasse Legem DEI. *Si per Legem est justitia, Christus frustrà mortuus est.* Gal. 2. v. 21. *Quod Lex præstare non poterat ea parte, quâ imbecillis erat per carnem, hoc Deus proprio filio misso sub specie carnis, peccato obnoxio præstitit*, Rom. 8. v. 3. Decalogi tabulæ sunt lapideæ, cor nostrum conterunt, non sanant. Exod. 24. v. 12. Et si renati Legem perfectè implerent, non opus haberent, ut quotidiè debitorum remissionem peterent. Nam *debiti non contracti remissio expeti nequit.* At monet id servator, Matth. 6. v. 12. Tertiò, *falsum est, Christum attulisse novam, & perfectiorem Legem, Legi Evangelica Consilia adjungendo.* Nam 1. Lex per Mosen data est; gratia autem & veritas per Christum Jesum exorta est, Johan. 1. v. 17. Christus igitur, cùm non sit Legislator, non judicat quenquam, Johan. 5. v. 45. & cap. 8. v. 15. Evangelii igitur (2.) concio (non Legis) appellatur Concio de Christo, & Ministerium reconciliationis, 2. Cor. 5. v. 18. Evangelium pacis, Esa. 52. v. 7. Eph. 2. v. 13. 14. Evangelium gratiæ Dei, Actor. 20. vers. 24.

Christus non attulit novam, & perfectiorem Legem.

Consiliorum finis non potest esse gratiæ meritum.

Quartò, *Pharisaicum est, credere & docere Consiliorum finem esse singularis cujusdam gratiæ meritum.* Nam 1. *non est data Lex, quæ posit justificare*, Gal. 3. v. 21. Ergò nec Consilium. 2. *Si per Legem est justitia, igitur Christus frustrà mortuus est*, Gal. 2. v. 21. Assertio igitur illa Pontificia contrariatur morti & merito Christi. Quintò, *Dogma Pontificiorum de consiliis involvit varias contradictiones, & absurda.* Rectè igitur, ridetur, improbatur, & abjicitur. Nam 1. Consilium dicit Bellarminus includitur præcepto. At in definitione consilii, est, quod *non* sit imperatũ, *non* mandatum. 2. Consilium non est omnium & tamen est bonum opus. *Quasi bonum opus non sit faciendum omnibus.* 3. Consilium in arbitrio hominis est positum. At inimicorum dilectio, Vindictæ omissio, &c. referuntur à Pontificiis ad consilia. Num igitur & hæc in hominis arbitrio sunt posita? 4. Consilium non observatum non habet pœnam. At abstinentia à certo ciborũ genere, in die Veneris, annumeratur à Pontificiis, consiliis. Num igitur nulla irrogatur pœna consilii hujus violatoribus? Quid? Experientia testis. Ad probationes quod attinet, quibus Forer opinionem suam hac de re ex S. Scriptura probare nititur, alienissimæ illæ sunt à scopo Pontificiorum. Primùm enim adducis Forere Dictum, 1. Tim. 3. v. 1. *Si quis Episcopatum desiderat.* Nervus esse vult: *Appetitus Episcopatus Ministerii Ecclesiastici aut est præceptum, aut supererogatum. Non præceptum, obligaret enim omnes:* cum tamen non solùm Principes, sed & nobiles apud nos pudeat Ministerii Verbi. *Ergò opus supererogationis.* Respondetur 1. Per-

Respondetur ad Dictum, 1. Timoth. 3. v. 1.

fectæ

fecta Legis impletio, eaque poſſibilis labefactata eſt in præcedentibus. 2. Dilemmatis prius membrum damus. Excipis, *at ſic omnes obligaret.* Nil dicis. Ita procedimus: Inſtitutio conjugii, Geneſ. 2. v. 24. aut eſt præceptum, aut conſilium. Non conſilium, quod ultrò das. Ergò præceptum. Ergò obligat omnes: Et ſic quoque Monachos. At hæc ſequela tibi eſt rejicula. Ergò & tua nobis. Dicis enim, ſi miniſterium Eccleſiaſticum eſt præceptum, cur non omnes Principes & Reges ſectariorum fiunt prædicantes & Verbi Miniſtri? pariter dico; ſi inſtitutio conjugii eſt præceptum, cur non omnes Pontificii Principes & Reges, & omnes Monaſticen profeſſi, fiunt conjugati? 3. Triplex eſt Hierarchicus Status; hic ad chorum, ille ad forum, iſte ad Thorum vocatur. Et triplex ille ordo habet Verbum mandati: alterum obligat ad illum, alterum ad iſtum. Ut ergò abſurdè colligerem, Magiſtratus præcipitur. Ergò obligat omnes. Ita & ſic: Miniſterium Eccleſiaſticum præcipitur. Ergò obligat omnes. 4. Præceptum Dei eſt duplex: *Generale & Speciale.* Licet ſpecialiter & immediatè nulli hodie præcipiatur Miniſterium, ut olim Hieremiæ cap. 1. v. 5. 7. Paulo, Act. 9. v. 15. &c. Generaliter tamen præcipitur omni illi, qui ſingularibus donis inſtructus, vel ipſe modo legitimo & decenti deſiderat, vel ad id per ordinarias perſonas ordinario modo præ multis vocatur & eligitur. 5. Locus ergò Paulinus nil pro Conſiliis Pontificiis: includit enim manifeſtiſſimè præceptum. Eſt enim omnis homo, ſive ſit in choro, foro, aut thoro, vocatus, juxta id,

Præceptum Dei Generale & Speciale.

1. Cor. 7. v. 20. Vocatio autem expressè mandatum importat. II. Ex Matth. 26. v. 10. Johan. 12. v. 3. Exemplo *Mariæ libra ungventi nardi pistici pretiosi pedes Jesu ungentis, & capillis suis extergentis.* Arg. *Opus Mariæ fuit opus bonum. Ergò vel præcepti, vel supererogationis. Non illud: ubi enim hoc ei fuit præceptum? Ergò hoc.* Resp. Mirus es mirio. *Opus supererogationis* (te pag. 1. fatente) *proficiscitur ab homine divina gratia adjuto, potente Legem sanctam ita implere, ut delicto mortali se nunquam inficiat.* At talis ne erat Maria hæc? gravissima peccatrix erat, Luc. 7. v. 37. Et antequam ad supererogata opera fiat transitus, probandum prius, ante susceptum isthoc opus, Mariam jam omnem Legem (sine mortali delicto) implevisse, sed hoc ἀδύνατον. 2. Habebat Maria ad minimum generale, si non speciale mandatum, quoad ipsum bonum opus, si non quoad modificatum præstandum. III. Ex Marc. 11. v. 7. 8. Luc. 19. v. 35. *Exemplo discipulorum vestimenta sua pullo Asinæ imponentium.* Arg. *Opus Discipulorum fuit opus bonum. Ergò vel præcepti, vel supererogationis. Non illud. Ergò hoc.* Resp. posito genere omni & toto, ponuntur omnes species. Cùm ergò genus, omne bonum opus, quodcunque illud sit, vel saltem potus frigidæ, Matth. 10. v. 42. præcipiatur, quis inde speciem, etiam impositionem vestimentorum pullo Asinæ excluderet? IV. Ex Act. 20. v. 34. 1. Cor. 4. v. 12. 2. Thess. 3. v. 8. *Exemplo Pauli, ita gratis Evangelium prædicantis, ut ex opere manuum victitaret, ne aliis molestus esset, cùm tamen Dominus ordinârit, Os bovi trituranti non esse alligandum, quâ tamen Dei ordinatione Paulus uti noluerit,* *quia:*

II. Ad Exemplum Mariæ, Matthæi 26. Johannis 12.

III. Ad Exemplum Discipulorum. Marc. 11. v. 7. Luc. 19. v. 35.

IV. Ad Exemplum Pauli, Act. 20. 1. Cor. 4.

quia non fuerit præceptum, ut ea uteretur. Resp. 1. Faciebat hæc Paulus ex charitate, quâ aliis, quantum possumus, parcere ex præcepto (*neq; ex consilio*) jubemur. 2. Præceptum habuit Apostolus Evangelium prædicandi, sive illud suo commodo, sive dispendio fieret. Non enim dixit Christus, prædicate, ubi merces vobis ministrabitur, sed prædicare jussit etiam ibi locorum, ubi persecutio & mors, nedum inedia erat ferenda, Joh. 16. v. 2. Luc. 22. v. 36. 1. Cor. 4. v. 11. & cap. 9. v. 16. 17. 2. Cor. 6. v. 7. 8. 9. 10. quibus locis Status Apostolici Officii formatus legitur. Quomodo igitur hic quidquam datur supererogatum, ubi omnia disertis præceptis includuntur? 3. Loquitur Paulus de suo Apostolatu, quod in illo non dominata fuerit ἐπιθυμία auri ac argenti, & asserit se jure suo uti noluisse: quod autem ideò opus quoddam supererogationis fecerit, & consequenter aliquid meruerit, negat ipse in loco parallelo, 1. Cor. 4. v. 4. asserens, *se quidem nihil sibi conscium fuisse*, IN HOC *tamen se non esse justificatum.* Unde ait, Rom. 3. v. 27. *omnem gloriationem per Legem* (Operum? non, sed) *fidei exclusam esse*, ita ut cap. 4. v. 2. ne ipsi quidem Abrahæ gloriandi materia fuerit relicta. Huc facit ipsius querela, Rom. 7. v. 14. 17. 23. *Hinc in Articulo Justificationis* (in quem intrudis tua superarrogantiæ opera) *coram Dei judicio omnia sua opera, existimat,* Phil. 3. v. 8. STERCORA. Noluit ergò Paulus stipendium accipere, quia 1. Cor. 10. v. 33. non expediisset, non ut ideò quid mereretur. Elenchus enim hic à causa laborat, sed, ut ipse causam ponit. 2. Cor. 11. v. 12. *quo possint plures Christo lucrifieri,* ne

Cur Divus Paulus stipendium laboris sui noluerit accipere.

ri, ne accipiendo ſcilicet ſtipendium à Corinthiis, offendiculum Evangelio dediſſet, 1. Cor. 9. v. 12. adeoque non tanta copia, quâ fiebat, Chriſto homines adduceret, & ut Pſeudo-Apoſtolorum gloriationem excluderet. Vide 2. Cor. 11. v. 11. c. 12. v. 11. 14. 16. 1. Cor. 9. v. 18. 19. Breviter, loquitur Paulus de gloriatione bonæ conſcientiæ, 2. Cor. 1. v. 12. & mercede ſecundum gratiam, Rom. 4. v. 4. non coram Deo, quæ excluſa eſt, Rom. 3. v. 27. Epheſ. 2. v. 9.

V. Ad Exemplum Ieſuitarum in Indiam, Chinam, &c. proficiſcentium.

V. *Exemplo Jeſuvvitarum, præclarum Opus eſſe, fidem Chriſtianam Turcis, Tartaris, aliisq́ꝫ infidelibus annuntiare, & amore Chriſti ſanguinem profundere, ut ii faciant, qui in Indiam, Chinam, Paraquariam, proficiſcantur.* Arg. *Hoc bonum Opus, aut eſt præceptivum, aut ſupererogatorium. Non illud. Ergò hoc.* Prius dici, ſi affirmemus, cur nos non faciamus. Reſp. 1. Phariſaicum hoc Argumentum eſt, ab ipſo Chriſto tibi larvato Phariſæo exprobratum & refutatum, Matthæi 23. v. 15. *Væ vobis Scribæ & Phariſæi Hypocritæ, qui circumitis mare & aridam, ut faciatis unum proſelytum: & cum fuerit factus, facitis eum filium* GEHENNÆ *duplo, quàm vos.* Et *vos curritis non miſſi.* Jerem. 23. v. 21.

NB. 2. Diſtinguendum eſt inter munus *Apoſtolicum* (quod erat UBIQUE prædicare) & inter munus *Epiſcopale* (quod ad certam refertur Eccleſiam) Illud ad certas perſonas (*Apoſtolos videlicet*) ſpeciale habebat mandatum: hoc verò ad certum erat alligatum cœtum. 3. Generatim quilibet Chriſtianus *tenetur* propagare Evangelicam doctrinam, pro ratione ſui ſtatus, ut *Apollos, Aquila, Priſcilla, &c.* hoc faciens non facit opus ſupererogationis, ſed id quod debet.

4. Lojo-

4. Lojolitas habere vocationem Apostolicam, id nondum probârunt ipsi. 5. Faciunt id Lojolitæ non ad ampliandum Regnum Christi, sed Antichristi. 6. Falsum, non esse hoc præceptum. Omni & toti generi quod tribuitur, etiam omnibus ejus generis speciebus convenit. Omne & totum Opus præcipitur, Matth. 22. v. 39. *Diliges proximum tuum, sicut teipsum.* Vide Matth. 5. v. 14. 15. 16. 7. Quod nos similia non facimus, fit, quia cuilibet 1. Cor. 7. v. 20. mandatur, in Vocatione, in qua vocatus est manere. Nobis non mandatum: *Ite in Universum Orbem.* Personale hoc erat præceptum, Matth. 28. vers. 19. Marc. 16. v. 15. Nos pascimus gregem *nobis* commissum, Act. 20. v. 28. Interim si media conversionis offeruntur, adhibemus illa utique affatim. Quæris, *quid agant Theologi Würtembergici & Saxonici?* Si tecum habitares, optimè scire posses. Consule Scripta Würtembergensium & Saxonicorum Theologorum contra *Suitas* in lucem edita, & hæc tibi ad oculum monstrabunt labores utilissimos, quibus sanam & orthodoxam doctrinam potentissimè defenderunt, & *Suitas* contradicentes convicerunt, & hodierno adhuc die convincunt.

Quid Theologi in VVirtembergia & Saxonia agant.

THESIS II.

VI. EXEMPLO OECONOMICO quæris, *an benefaciat, qui Matrimonio jungat suam Virginem?* Dicis, quod sic, ex 1. Corinth. 7. Arg. *Locare Virginem aut est opus præceptivum, aut supererogatorium, non illud, quia aliàs dicere non posset, qui non jungit, melius facit, Ergò hoc* ex v. 25. *De Virgini-*

ginibus autem præceptum Domini non habeo, consilium autem do. Resp. 1. Mirificum Arg. Datur ne tibi opere supererogatorio opus melius? Vix affirmare audebis. Arg. Opere supererogatorio, non datur melius supererogatorium, aliàs non esset supererogatorium: locatione Virginis, te fatente, datur melius opus supererogatorium. Ergò Locatio Virginis non est opus supererogatorium. Ergò hoc ἀλλότϱιον. 2. Distingue subjecta. Non est hoc præceptum personis, dono continentiæ præditis, sed consilium: castitatis autem Virginalis dono destitutis, ob vitandam fornicationem, præceptum est, ut quisque habeat suam uxorem, & proprium quęque Virum. v. 2. *Melius est nubere, quàm uri,* v. 9. Gen. 9. v. 1. *Crescite & Multiplicamini.* 3. Qui locat suam Virginem dono continentiæ non ditatam, benefacit, non ex opere supererogatorio, aut consilio Evangelico, sed ex præcepto: ditatam autem, qui (tempore persecutionis, & diversæ Religionis periculo) non locat, melius facit, & de hâc loquitur Paulus v. 20. Sed hoc opere aliquid supererogari non probatur.

Forer seipsum impugnat. Dicit enim Virginem matrimonio iungere, non esse præcepti: Ergò supererogatiuum. Et ita. QVI IVNGIT, faciat opus supererogationis. Sed idem Forer EX COELIBATV vult facere opus supererogationis. Ergò ipse se convincit, hanc suam distinctionem esse insufficientem.

VII. *Exemplo Principis, qui possit dimidium principatus sui donare pauperi, quod tamen non sit opus* PRÆCEPTIVUM. *Ergò* SUPEREROGATIONIS. Respond. 1. Nusquam præceptum est, ut Princeps dimidium Principatus sui pauperibus donet, 1. faceret Princeps contrà officium Principis, 2. Contra modum, seu quantitatem. 3. Forero, ebrio meritorum opinione ita videtur. 4. Tale opus cadere etiam potest in Ethnicum, & Paganum Principem, & ta-

& tamen non esset supererogatorium, quod non negabis.

Cavillum tuum, in Margine additum, non curamus, simus famelici, & Paulus fuit, Vide omninò, 1. Cor. 4. 11. ad hoc usque tempus esurimus & sitimus: In fame & siti, 2. Cor. 12. 15.

Iesuvvitæ non sunt famelici, quia Papa Anti-Christus ipsis Missarum cultoribus, secundum Vaticiniū, Dan. c. 11. v. 39. multiplicat gloriam, constituit eos Dominos super multos, & terram loco pretii illis distribuit. Iuxta illud. Matth. 4. v. 9. Si procidens adoraveris me, dabo tibi omnia Regna Mundi.

VIII. *Exemplo privato, pro potu frigidæ, præbere potum Vini, est opus bonum, at non præceptivum, Ergo supererogativum.* Resp. 1. Pertinet hoc ad præceptum charitatis, Gal. 6. v. 10. quod verò Deus promisit, se recompensaturum esse, faciet id, non ex merito, & debito, sed ex gratia, & quò opera bona majora fuerint, eò etiam majora (quoad gradus) erunt præmia. Dabit enim Deus, licet non *propter*, tamen Roman. 2. v. 6. *secundum* opera. Flagellas ergò injustè Hunnium, & nos, velut ab ipso dissentientes. At non: Aliud est ipsa beatitudo, aliud beatitudinis gradus, & in beatitudine (jam per Christum parta) retributio. Illa omninò gratis datur: Hæc, cum respectu ad opera refertur. In merito, vel mercede agitur vel de dignitate, vel sequela: si dignitatem spectes, nullum est meritum, nulla merces. *Nil Deus in nobis, præter sua dona coronat.* Sin sequelam, nil est, sive bonum, sive malum, quod non habeat mercedem. Vanam ergò laurum in hoc mustaceo apparentis dissensionis quæris: & more Diaboli, verba D. *Hunnii*, non integra citas: immediatè enim addidit Hunnius: *Eam verò* (laudem scilicet, apud Deum, & retributionem repositam) NON UT MERITUM, *de quo nugantur Pontificii, sed ut* COMPENSATIONEM MERÈ GRATUITAM *habet, homo scilicet*

C *mise-*

misericors. 2. Quod Hunnius scribit: *Si quis amplius quid faciat, quàm ab eo requisitum sit*, loquitur secundum quid, & non simpliciter, scilicet, *si quis amplius quid faciat, quàm ab eo* IN SPECIE *requisitum sit.* Non enim secludit Genus: quod tu videre potuisses & debuisses in eodem Art. de Lege, pag. 73. & 74. ubi dicit Hunnius, *Pontificios distinguere inter præcepta & consilia, & operibus secundum illa consilia factis, singularem coram* DEO *efficaciam olim attribuisse: sed distinctionem Romanensium, totamq́; doctrinam de consiliis, ut ea sub Papatu tradatur,* PHARISAICAM *esse,* IMPIAM *esse, & Dei manifesto Verbo è diametro contrariam.* En Hunnium prote, Forere mi. Et si veritatem *Forer* posset vel vellet videre, non quæreret, ubi præceptum extaret de vini aut aquæ potu, pauperi sitienti porrigendo. Decalogus enim in se perfectissimus est, qui decem præcepta generalia ita informata continet, *ut speciale nullũ dari vel excogitari possit, quod non ad decem illa, tanquam ad fontem & scaturiginem primam facilè reduci queat.* Patescit autem præceptorum Decalogi absolutissima perfectio, ex consideratione objectorum, circa quæ actio Hominis universa præcipuè est occupata. Ea verò vel *dilectionem* DEI, vel *dilectionem proximi* respiciunt. Jam quemadmodum primæ tabulæ præcepta nihil quicquam omittunt eorum, quæ ad verum Dei cultum, veramque ejus dilectionem pertinent: sic posterioris tabulæ mandata usque adeò brevi & artificioso compendio singula definiunt, quæ dilectionem proximi absolvunt, ut breviore compendio res expediri nunquàm potuerit. Et Christus Matth. 7. v. 12. & cap. 22.

& cap. 22. v. 39. finem & ſcopum Legis exprimens, dicit: *Omnia, quæcunq; volueritis, ut faciant vobis homines, ſic & vos facite illis. Diliges proximum tuum*, SICUT TEIPSUM. Hic *Forer* ediſſere, ſi vires, an ſitiens non eligas hauſtum vini, præ aqua. Si ergò tu ſitiens eligis vinum præ aqua; *diligas proximum tuum, ſicut teipſum*, & ſitienti proximo tuo quoque porrigas vinum. Hæc enim eſt Lex & Prophetæ. Adhæc, Chriſtus nullibi dixit, quod TANTÙM poculum frigidæ ſitienti ſit dandum; ſed oſtendit, quod Deus omnia bona opera ex vera fide profecta, etiam poculum frigidæ ſitienti porrectum, ex mera gratia largiſſimè ſit recompenſaturus. Et in noviſſimo die dicet Rex his, qui à dextris ipſius erunt: *ſitivi, & dediſtis mihi bibere*, ſive vinum, ſive aqua fuerit, Matth. 25. v. 35. Et tu *Forer* ipſe Th. 2. fateris: PRÆCEPTUM ESSE, *ut neceſſitati indigentis ſubvenias*. Quæro ergò an *omni* neceſſitati indigentis *cujuſvis* commodè ſubvenire poſſis tantùm hauſtu aquæ, & non potiùs hauſtu vini, ut quod vinum plus recreat pauperem, quàm aqua? Ergò eſt præceptum, & non opus ſupererogationis Pontificiæ, proximum ſitientem juvare non tantùm hauſtu aquæ, ſed etiam, pro re nata, hauſtu vini. *Quod fieri tibi vis, alii tu feceris idem.* Ad *Orationem*, quod attinet, commendatur illa à Domino, quando profluit ex corde fideli, & non hypocritico. Nam *cùm extenderitis manus veſtras*, dicit Dominus, Eſa. 1. v. 15. *avertam oculos meos à vobis, & cùm* MULTIPLICAVERITIS *Orationem, non exaudiam. Manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt.* Et Pſal. 109. v. 7. Oratio peccatoris condemnati fiat

in peccatum. Unde Oratio Pharisæi, Luc. 18. v. 14. improbatur. Et Christus Matth.6. vers. 5. &c. dicit: *Cùm oraveris, non eris quemadmodum Hypocritæ, nam illi solent in conciliabulis, & in angulis platearũ stantes orare, quò conspicui sint hominibus: Amen dico vobis, recipiunt mercedem suam.* En mercedem tuam, quam tantoperè urges Lojolita Hypocrita Forer. Et v.7. *Orantes ne sitis multiloqui, sicut Ethnici. Opinantur enim ob multiloquium suum exauditum iri se. v.8. ne igitur efficiamini similes istorum.* Negas porrò contra expressam Sacram Scripturam, *Orationis locum repetere & diutiùs Deo vacare,* præceptum Dei esse. *Dicebat enim Christus parabolam, quod* OPORTERET SEMPER (πάντοτε δεῖν) *orare, nec defatigari.* Luc. 18.v.1. &c. *Accipite,* dicit Paulus, Ephes. 6. v. 17. 18. *gladium Spiritus, quod est Verbum Dei, in omni deprecatione & obsecratione orantes in* OMNI TEMPORE, *in Spiritu, & ad hoc ipsum vigilantes cum omni sedulitate & deprecatione, pro omnibus Sanctis.* Et 1. Thess. 5. v. 17. INDESINENTER *orate.* Vidésne præceptum Dei Forer? Orandum esse *semper, omni tempore, indesinenter.* Pudor est, te talia vel nescire, vel cognita tàm impiè publico Scripto pernegare. Tu recipis in hoc immundo Mundo tuam mercedem; & quidem non tantùm ex congruo, sed ex digno & condigno.

THESIS III.

Matth. 19. IX. EXEMPLO JUVENIS, Matth. 19. 21. Ibi manifestum discrimen esse ais, inter opera præcepti, & consilii: Verba enim, *si vis ad vitam ingredi, esse verba præcepti,*

illa:

illa autem, si vis perfectus esse, vade & vende omnia, consilii: duplicem ergò, 1. *Præcepti*, 2. *Consilii* perfectionem esse, *Illam* ad salutem simpliciter esse necessariam, de qua Matth. 5. v. ultimo; *hanc* non ita. Respondetur 1. Juvenis ille habuit mandatum, quod erat *singulare & personale.* Pontificii non. Neque certum est, si obsequi voluisset Juvenis, Christum id passurum fuisse, quemadmodum Abrahæ mandatum erat, immolare filium, illius verò promptæ voluntatis demonstratione Deus contentus inhibuit, né effectui mandatum traderetur. *A præcepto, ad opera supererogatoria, & consilia Evangelica, non valet consequentia:* PRÆCEPTA *sunt, non consilia.* Aliâs in ipsius libero arbitrio fuisset positum, vel faciendi, vel omittendi. II. Arg. Cujus neglectu aliquis damnatur, id non est consilium, sed præceptum; at neglectu verborum horum Christi, Juvenis fuit damnatus, Vi, v. 23. Ergò. *Personale igitur in universale, convertitur malè.* Secundariò autem potest fieri generale præceptum, ut quis pro re nata, in necessitatis articulo, ut Augustinus loquitur, in casu vel vocationis (qualis erat hic) vel etiam confessionis, & maximè urgentibus persecutionibus, omnia quæ possidet, non tàm vendere, quàm deserere, & Christum nudum, nudus & ipse sequi cogatur. Quod adeò non relinquitur arbitrio nostro liberum, sed divini præcepti vim obtinet, ut Christus eum, qui in tali casu bona deserere, & vel vitam suam relinquere detrectat, palàm pronunciet indignum suo Regno, Matth. 10. v. 39. Luc. 14. v. 26. 33. *Cùm omnis,* dicit Augustinus (quem tu frustrà pro te citas) Epi-

ſtola 89. q. 4. ad Hilarium, *qui renunciat huic ſeculo, ſine dubio renuntiat omnibus, quæ ſunt ejus, ut poſſit Chriſti eſſe Diſcipulus*, Luc. 14. v. 33. *qui non renuntiat omnibus, quæ ſunt ejus, non poteſt meus eſſe Diſcipulus: Profectò renuntiat etiam divitiis ſuis, ſi quas habet: aut ſic, ut eas omninò non diligens, totas diſtribuat indigentibus, & ſuperfluis exoneretur ſarcinis: aut ſic, ut pius diligens Chriſtum, ſpem ab eis transferat in ipſum, atq; ita utatur illis, ut facilè tribuens, & communicans, theſaurizet in cælo: paratuſq; ſit, quemadmodum parentes, & filios, & fratres, & uxorem, hoc modo & iſtas relinquere, ſi talis conditio propoſita fuerit, ut niſi dimiſſo Chriſto, eas habere non poſſit, &c.* Quod verò objicis, *Auguſtinum* hac 89. Epiſtola ſcripſiſſe; *Chriſtum Juveni illi, ut ſua pauperibus erogaret, minimè* PRÆCEPISSE, *ſed ſolùm* CONSULUISSE; audiamus illum, qui inter alia, Tom. 2. Baſil. 1541. mihi fol. 407. ſic habet: *Dictum eſt diviti, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis Theſaurum in cælis, & veni ſequere me, &c. Cui Dominus hæc* PRÆCEPIT? *profectò illi Diviti, qui vitæ æternæ conſequendæ conſilium quærebat accipere.* Et contrà te, cæteroſque Lojolitas, qui ſibi more divitis illius, & reliquorum Phariſæorum perſvadent, ſe Legem Domini perfectè poſſe adimplere, ſic pergit: *At ille* (Dives) *quidem triſtis abſceſſit, qui viderit, quemadmodum illa Legis mandata ſervaverat. Puto enim, quòd ſe arrogantius* (NB.) *quàm verius ſervâſſe reſponderat. Veruntamen Magiſter bonus mandata Legis ab iſta excellentiore perfectione* (conſiliorum ſcilicet, tu adjeciſti Forer, quod Auguſtinus non habet, ſed *hoc ex* TE) *diſtinxit, &c.* Audi quoq; tu Forer, *Didacum Stellam* Ord. Min.

Auguſtinus.

Didacus Stella.

Min. Reg. Obſer. in Enarrat. Tom. 2. in Evangelium ſecundùm Lucam cap. 18. mihi fol. 203. Antuerpiæ 1612. ſic loquentem: *Cum Chriſtus dixit huic* (diviti) *ut in Matthæo habetur, ſi vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia, &c. intellige, ac ſi dixiſſet: ſi vis eſſe* DISPOSITUS *ad perfectionem, &c. Adverte ſecundò, quod non poſuit Chriſtus perfectionem in* VENDENDO OMNIA, *quia multi Philoſophi hoc fecerunt, ſed in* SEQUENDO ILLUM, *ideò ait: Sequere me. Propoſuit prius vendere, quæ eſt diſpoſitio. Expende rurſus, quòd non eſt* TOTA DISPOSITIO *ad perfectionem, &c.* Et poſt pauca: *Chriſtus, qui penitùs animas hominum intuebatur, ejus* ARROGANTIAM *confutavit, &c. Et grave opus Chriſtus adoleſcenti* PRÆCEPIT. Cum his confer jam Teſtimonia Ambroſii, Chryſoſtomi, Hieronymi in Theſi tua 4. & in Theſi 5. Kelleri, Caniſii, Bellarmini (*Sanctorum Patrum* ſcilicet:) allegata, & videbis conſenſum magnum. Theophylactus in Matthæű c. 19. ſcribit: *Quæcunq;* (inquit) *feciſti opera bona, Judaico more feciſti: ſi autem vis perfectus, hoc eſt,* MEUS DISCIPULUS ESSE ET CHRISTIANUS, *vade, vende omnia, quæ habes, &c.* Conſuluit ne tantùm Chriſtus, ut ſimus ejus Diſcipuli & Chriſtiani, Forere? Et in Lucam cap. 18. ſcribit idem: PRÆSCRIPSIT *ei Dominus paupertatem.* Qua fronte ergò ſcribis, Theſ. 5. Theophylactum in acie ſtare contrà nos? Tuo ſomnio, Forer, Chriſtus adoleſcenti non præcepit. Tibi contrà Stellam, eſt ipſa perfectio, & quidem excellentior, vendere omnia. Vides, quomodo concordent inter ſe Lojolitæ? Quod Chriſtus dicit Matth. 5. v. ult. *Eſtote perfecti; quemadmodum pater*

Theophylactus.

veſter.

vester, &c. non intelligit perfectionem supererogationis, de quâ Lojolitæ nugantur: nec perfectam & absolutam impletionem Legis intelligit, quam in præsenti seculo nobis impossibilem affirmat Paulus Rom. 8. v. 3. Gal. 3. v. 10. & 11. sed nota est eruditis significatio vocabuli תם Tham, Græcè τέλειος. Opponitur enim ei, quod mancum, imperfectum, & mutilatum est, sicut de victimis ita usurpatur, atque ita Christus non nudè tantùm præcipit, inimicos diligendos, sed addit etiam rationes, quibus animus ad obedientiam ejus Præcepti per Spiritum permoveri possit. Pharisæi igitur, & publicani dilectione sua, tantùm partem aliquam proximi, & dilectionis complectebantur, cognatos scilicet & amicos, lingua & verbis diligendos. Partialis igitur, manca, & mutila, vel juxta Scripturam, non תם Tham, non perfecta, sed imperfecta, simulata, & hypocritica erat ipsorum dilectio. Deus verò sua dilectione complectitur totum genus humanum, bonos, malos, justos, injustos & ingratos, hoc est, juxta Scripturæ phrasin, dilectio Dei non est mutila & manca, sed תם Tham, perfecta, non simulata, sed vera, & solida; & nos, qui fide propter Christum facti sumus filii Dei, debemus ita esse perfecti, sicut pater cœlestis, non absoluta æqualitate, sed illa similitudine, *ut nostra quoq; dilectio sit vera, & non hypocritica, & ut illâ complectamur, non aliquos saltem, sed omnes homines, amicos & inimicos.* Taceo jam, quod *à præcepto ad posse non valeat consequentia*, quapropter non sequitur: Christus mandat perfectionem, Ergò à Discipulis ea præstatur. Deus enim etiam

iam non renatis præcipit, ut perfecti ſint, perfectéq; Legem ſuam impleant. Ergonè etiam non renati ſunt perfecti, & poſſunt explere Legem? II. Non merentur ejuſmodi opera vitam æternam: ſed conſequuntur *digniorem gloriæ gradum*, ex mera liberalitate, non ex merito. Excipis; *Vitam æternam dari quidem ex gratuita promiſſione, ut hæreditatem, ſed nihilominus eſſe debitam, ut mercedem, ut ſtipendium, ut ſi Deus juſtus ſit, teneatur nobis dare illam, & ſit injuſtus, niſi det.* Reſp. Negando: Nil & nihilo aliquid nihilius, imò nihiliſſimum, Theologicè loquor, non Grammaticè, non Syntacticè, Deus nobis debet. Dixi, & dico, *Nil Deus in nobis, præter ſua dona coronat.* III. Tumidam perſvaſionem, hypocriſin, & vanam perfectionis jactantiam hujus Juvenis, de obſervata Lege retundere, & obedientiam ejus explorare voluit. Quemadmodum Medicus, ſi ægrum habeat, qui ex phreneſi morbum ſuum non agnoſcat, eum ad currendum hortatur, ut agnita ſua infirmitate, medicum & medicamenta tantò facilius admittat: ita Chriſtus Legem cum ſuis promiſſionibus primùm proponit, ut, quia humanus animus ex ſpirituali quadam phreneſi, de ſua virtute plurimum ſibi blanditur, in ipſo conatu experiatur, ſe Legem perfecta obedientia implere non poſſe, & ita diſcat, opus ſibi eſſe medico, & alia juſtitia ad vitam æternam. Quod ipſum adoleſcens hic paulò pòſt expertus eſt. Quamprimùm enim Chriſtus ipſum, de æterna obſervatione præceptorum gloriantem, ad perfectam proximi pauperis dilectionem remiſit, mox toto animo conſternatus diſceſ-

 ſit.

sit. Neque etiam potest doctrina de gratuita fidei justitia locum habere, nisi priùs homo sit convictus, quod operibus suis ex Lege non possit salutem, & vitam æternam consequi. Atque hoc modo *Lex est Pædagogus noster ad Christum*, Galat. 3. v. 24. ut ipse sit nostra justitia. IV. Christus mandat Juveni, ut se conversantem passim cum populo & docentem publicè sectetur: at ita dicti religiosi apud Pontificios contrà solitudinem exosculantur. V. Mandat Christus huic Juveni, ut sua bona divendat. At nec hoc illi faciunt: sed omnia Bona, si possibile, ad se rapiunt. VI. Ipse vester Pistorius vocat Christum, & Apostolos gravissimè *mandâsse* vota, pag. 161. de visibili Ecclesiæ coetu, contrà D. Herbrand. Quæ jam de duplici perfectione, unâ omnibus ad salutem necessariâ, alterâ non necessariâ, utili tamen, & ad excellentiorem gradum gloriæ, per observationem consiliorum promovente, addis, illa principium petunt, & infrà discutientur.

THESIS IV.

TRIA HIC PATRUM CItas Testimonia, pro loci modò allati explicatione, Ambrosii, Chrysostomi, Hieronymi. Resp. I. In genere ex Aug. in Psal. 57. *auferantur è medio chartæ nostræ. procedat in medium codex Dei.* Audi Christum docentem, audi veritatem loquentem. II. In specie. 1. *Ambrosio* tuo, in libr. de viduis oppono *Ambrosium* in Commentar. Libr. 8. Lucæ Cap. 18. quo in loco de responsione Jesu ad interrogationem cujusdam Principis, qua asserit neminem

Ambrosio opponitur Ambrosius.

esse

esse bonum, nisi solum Deum, sub finem sic scribit: *Deniq; eum* (adolescentem) *sæpè perstringit* (Christus) *nam glorianti in Lege, quod à juventute sua omnia custodisset, ut inanem jactantiam ejus exponeret, ostendit ei adhuc deesse, quod* LEGIS *est. Et ideò, ad misericordiæ* PRÆCEPTUM *tristis inducitur, ut in eum naturalis quædam detur forma sententiæ.* 2. Cum his consentit Chrysostomus in cap. 19. Matthæi: licet enim scribat: *Ut alliciatur* (Juvenis) *ingentem ei mercedem futuram Christus ostendit, & voluntati ejus omnia relinquit:* & in 1. Cor. 9. homil. 21. *Diviti quædam* PRÆCEPIT, *quædam suæ permisit licentiæ:* hoc tamen non pro consilio habet, id quod ex eodem loco in Matth. probatur. *Quid igitur Christus?* quærit Chrysostomus linea 5. & 6. ante allegata verba. *Quoniam magnum quiddam* INJUNCTURUS *erat, magnitudinem prius præmii posuit, dicens: Si vis perfectus esse, &c.* Et paulò pòst: *Non ergò satis est pecuniam spernere, verum etiam* OPORTET *pauperibus opem ferre, & ante omnia ipsum Christum sequi diligenter:* id est, OMNIA *reipsa præstare, quæ ab ipso* JUBENTUR. Et rursus: *Perspice igitur, quanta hujus passionis vis sit: cum magna dives ille Christum lætitia adiisset, ita suffossus atq; obrutus fuit, quia* EJICIENDAM PECUNIAM ESSE *audivit, ut nec respondere quidem potuerit, sed tristis, ac mæstitia pressus decesserit. Quid igitur Christus? Difficile,* inquit, *in Regnum Cœlorum divites intrabunt. Quibus verbis non pecuniam, sed pecuniæ detentos carpit: quod si divites simpliciter difficile salvantur, quid facient sapientes? Nam si* SUA NON DARE IMPEDIMENTO AD REGNUM EST: *quantum sibi contrahit ignem, qui aliena occupat?*

Viden' Forere, 1. Chrysostomum non esse tuæ falsæ persvasionis, sed hac in parte nobiscum sentire: Christum videlicet *injunxisse* huic adolescenti, & *jussisse* illum, ut omnia sua venderet, & daret pauperibus. 2. Argumentor contra te ex tua Thesi 5. *Quæcunq; opera bona in libera hominis potestate relinquuntur, illa ita se habent, ut qui ea fecerint, honore & præmiis exornentur; qui autem non fecerint, nihil inde culpæ, aut periculi debeant pertimescere.* Major hæc tua est Thes. 5. *Sed vendere bona & tradere pauperibus fuit opus in libera adolescentis hujus* (tua opinione & assertione) *potestate relictum. Ergò, si fecit illud adolescens, honore & præmiis fuit exornatus; si verò non fecit, nihil inde culpæ, aut periculi debuit pertimescere.* Conclusio hæc est absurda & impia. *Repugnat enim* 1. v. 23. 24. *Matth.* 19. 2. *Repugnat Chrysostomo, qui dicit,* SUA NON DARE, IMPEDIMENTO AD REGNUM ESSE. Ergò altera præmissarum, vel ambæ simul, sunt absurdæ, & impiæ; Vides, quò te tua contra- & maledicendi trahat libido, *Forer?* 3. Nec tibi *S. Hieronymus* suffragatur in Epistola ad Demetriadem, statim enim verbis illis: *Non cogo, non impero, sed propono palmam, ostendo præmia: tuum est eligere, si volueris in agone atq; certamine coronari,* subjungit: *Et consideremus, quàm sapienter sapientia sit locuta. Vende quæ habes. Cui ista* PRÆCIPIUNTUR? Audis Forer? *Cui ista* PRÆCIPIUNTUR? *Nempe illi, cui dictum est: si vis esse perfectus.* 2. An tibi non satis præcepti est, quando dicitur: *Si volueris in agone atq; certamine coronari, vēde omnia: tuū est eligere?* Quid si Deus dicit Deut. 11. v. 26. 27. 28. *En propono in conspectu vestro hodie benedictionem & maledictio-*

ledictio-

ledictionem. Benedictionem, si obedieritis mandatis Domini Dei vestri, quæ ego hodie PRÆCIPIO *vobis: Maledictionem, si no obedieritis mandatis Domini Dei vestri, &c.* Et Deut. 30. v. 19. *Proposui vobis vitam & mortem; benedictionem & maledictionem.* ELIGE *ergò vitam, ut & tu vivas & semen tuum, &c.* An hæc tibi *Forer* non sunt præcepta? proposuit tibi Dominus vitam & mortem. Elige, si non vis vitam, elige mortem.

3. Cum probes Autoritatem Hieronymi, addo tibi ejusdem verba in calce Epistolæ ad Demetr. *Sanctum Virginum propositum,* dicit Hieronymus, *& cælestis, Angelorumq; familiæ gloriam, quarundam non benè se agentium, nomen infamat. Quibus* APERTÈ DICENDUM EST, UT AUT NUBANT, SI SE NON POSSUNT CONTINERE, *aut contineant, si nolunt nubere.* Et tandem; *Ama Scripturas sanctas, & amabit te sapientia: dilige eam, & servabit te: honora illam, & amplexabitur te. Hæc monilia in pectore, & in auribus tuis hæreant:* NIHIL ALIUD NOVERIT LINGUA, NISI CHRISTUM: *Nihil possit sonare, nisi quod sanctum est, &c.* Annòn hæc omnia in miserrimo tuo patrocinio impugnas & rejicis? Sacram Scripturam pervertis, negas, blasphemas. Nihil minùs novit lingua tua, quàm Christum. Nihil sonare potest, nisi impurissima & imperfectissima tua opera, dicta bona; Convitia, mendacia, calumnias, scurrilitates, & blasphemias.

THESIS V.

CITAS LOCUM, QUEM vocas illustrissimum ex Aug. libr. de Virgin. cap. 3. At si totus Argus essem, & vel politissi-

ma Kelleri perſpicilla adhiberem, tamen ne apiculum invenirem. Inſpice, & poſt carecta late. In cap. 30. autem demùm, ſimile quid habet: Integrum locum exſcribamus. *Vos etiam, qui hoc nondum voviſtis, quæ poteſtis capere, capite, perſeveranter currite, ut comprehendatis. Tollite hoſtias quiſq; ſuas, & introite in atria Domini, non ex neceſſitate, poteſtatem habentes veſtræ voluntatis, neq; enim, ſicut non mœchaberis, non occides, ita dici poteſt, non nubes. Illa exiguntur, iſta offeruntur, ſi fiant, iſta laudantur, niſi fiant illa, damnantur. Illis Dominus debitum imperat, Vobis autem, ſi quid ampliùs ſupererogaveritis, in redeundo reddet.* Nil hîc Aug. contrà nos. Loquitur expreſsè cum Chriſto, Matth. 19. 12. *qui poteſt capere capiat.* At ſexcenteſima pars non capit, nec poteſt capere. Fruſtrà ergò pro te contrà nos Auguſtinum in aciem producis. Et fruſtrà pannos menſtruatos noſtrorum operum indumento ſalutis noſtræ aſſuis. Et jure quoque hîc tibi reponimus verba Juris Canonici (ſicut ad omnia ea, quæ ex patribus, non Scriptura, citas.) *Si* SOLUS *Chriſtus eſt audiendus, non debemus attendere, quid aliquis ante nos putaverit faciendum eſſe, ſed quid, qui ante omnes eſt, Chriſtus fecerit prior, neq; enim hominis conſvetudinem &c.* Diſt. 8. Can. ſi ſolus. Nos ergò, ut cum eodem Auguſtino loquamur, Scripturæ adoramus plenitudinem, nec quicquam ex illius negamus canonicis Scriptis. Addis: *Vocabulum* SUPEREROGATIONIS *Eccleſiam cum S S. Patribus ex Evangelio deſumpſiſſe.* At Luc. 10. 35. Chriſtus non loquitur de modo vitam æternam conſequendi, ſed liberalitatem & charitatem Samaritani commendat.

dat. Nihil ergò ad rem agis. Quòd autem Parabolam hanc in Allegoriam transformas: sine autoritate Scripturæ hoc facis. & Theologiam Allegoricam non esse argumentativam, ipse novisti forsan. Neque etiam loquitur Christus de ullo opere aut præcepto quodam arbitrario, spontaneo, & voluntario, sed mandat Pandochæo ut supererogaret aliquid, si necesse esset, quia dicit, curam illius habe. Christus fidem & sedulitatem in curando exigit, & ministris remunerationem promittit! *Est ergò supererogatio non spontanea, sed præcepta.* Nil ergò hic locus contra nos. Nam differentiam præcepti & consilii (vocabulo consilii dextrè sumpto) non negamus, sed damus, & vota admittimus: I. Abstinentiæ vel continentiæ, à superfluo cibo aut potu: nam σιτία ποτὰ ἀφροδίσια, πάντα μέτρια. II. Obedientiæ, quæ legitime debetur superioribus. III. Paupertatis spiritualis. At sic nullum prorsus habemus consilium, sed præcepta sunt omnia, non tantùm Monachis, sed omnibus hominibus: in sensu autem Pontificiorum vota nescimus. I. Vocas ea consilia perfectionis, ἀγράφως, in sensu conjuncto, & disjuncto, si stylum Scripturæ perspiciamus, quos perfectorum nomine salutet. Est κενοφωνία, 1. Tim. 6. 20. quod enim attinet locum, 1. Cor. 7. 25. ibi extat vox consilii vitiosè, ut infinita alia; in Græco est γνώμη, usurpata quoque, Actor. 20. 3. Aria Montano non consilium, sed sententia. Nec τὸ perfectum ullibi consilio aut γνώμη huic additur. II. Vocas consilia tua opus, & quidem bonum, cum tamen neutrum sint: non sunt opus, sed consilium est potiùs discur- *Vide Thesin 8.*

sus

ſus rationis, aut concluſio quædam conſulentis, Scal. Exerc. 358. ſect. 8. Differunt ergò, ut cauſa & effectus, & ſic de ſe invicem in quid, & Synonymicè in caſu recto prædicari nequeunt. 2. Nec opus bonum: De bonis enim operibus, non ex nominibus, ſed ex adverbiis judicandum; id eſt; videndum, an qui facit bonum opus, benè faciat, qualia conſilia non ſunt: deſtituuntur enim fide, & charitate; fides enim habet ſuum correlativum verbum, quo deſtituuntur, & charitate, quia charitas eſt ſumma mandati, conſilia autem illa non ſunt mandati! charitas quoq; Legis eſt impletio, Gal. 5. 14. at conſilia in Lege Dei fundata non ſunt. Unde ea vocas Evangelica.? III. Quia ajunt, formam, & differentiam ſpecificam conſiliorum hanc eſſe, quod non ſint imperata, ſed demonſtrata, non mandata, ſed commendata. Ea enim genus, & genus eam evertit. Norma enim, eaque perfectiſſima bonorum operum, ſunt mandata Dei, Deut. 12. 32. & cap. 30. 2. Joſuæ 1. 7. Aut ergò non ſunt bonum opus, aut à Deo mandata ſunt. In ſpecie autem Auguſtinum, à te citatum, quod concernit. I. Alloquitur ille Virgines, dono continentiæ præditas. Ita nos ὁμοψήφους habet. II. Nullum conſilium perfectionis agnoſcimus, nec Auguſtinus tuo ſenſu agnovit. III. Adhuc diſſentiunt ipſi Pontificii de numero ſuorum ſubſtantialium conſiliorum Evangelicorum: quidam enim quartum, Miſſionis quod vocāt, addunt. IV. Electitii omnes cultus diſplicent Deo, Deut. 12. v. 8. & 32. Num. 15. 39. Exod. 20. v. 18. Matth. 15. 9. Epheſ. 1. 12. Col. 2. 23. & talis veſter cultus eſt.

THE-

Thesis VI.

AD ARGUMENTUM NOstrum (*quo necessariò nobis ob Dei amorem faciendum esse dicimus, quicquid omninò boni possimus facere, idq; ex vi præcepti illius: Diliges Dominum* DEUM *tuum, ex* TOTO *corde tuo, &c. Nil ergò superesse faciendum, tantùm ex consilio, cum omnia, quæ possimus facere, ex præcepto debeamus*) respondes 1. Per retorsionem, si omnia nostra opera sunt præceptiva, frustrà ipsis objici, cultus quosdam in Ecclesia Catholica usurpatos, esse illicitos, quia non sunt præcepti, & inde formas duas contradictorias propositiones. *Omnia quæ facimus, facimus ex præcepto. Non omnia quæ facimus* (exempli gratia, sacrificuli, quoad ἐθελοθρησκείας suas) *facimus ex præcepto*. Resp. Capra nondum peperit, hœdus autem ludit in tectis. Antecedens non ita illimitatè, & absolutè, sed limitatè, & σχετικῶς sumendum, ita summè Deus est amandus, quæ facimus vi hujus præcepti, facimus ita, ut talia opera includant, si non specificè, genericè saltem, manifestum præceptum, omniaque intuitu illius præcepti fiant, & ad illius normam sint directa: Ita ergò procedimus. Omnia, quæ facimus, faciamus ex præcepto generico, vel specifico. Non omnia quæ facimus, (Exempli gratiâ, Sacrificuli, quoad ἐθελοθρησκείας) facimus ex pręcepto specifico, sed abusu præcepti generici: Exempli gratiâ, præcepit Deus religiosè ipsum colere, sub hujus generis involucro tacitè omnes modi religiosè Deum colendi (eo modo, ut præcepto huic nihil contraveniens, admitta-

tur, aut statuatur) delitescunt; eo autem præcepto abutuntur Pontificii, dum electitios & ἀγράφους, ab hoc generico præcepto deviantes cultus, excogitant. Regula hîc generalis est, 1. Cor. 14. 40. Omnia πρὸς τάξιν, καὶ εὐσχημοσύνην, in cultibus etiam Ecclesiasticis, & per se indifferentibus. Turpiter ergò confundis hîc quæstionem facti & juris. Nostrum Argumentum est de jure, tua responsio de facto. Egregium factum! te Jesuwita dignum! & petitione principii laborat Adductio ejusmodi Exempli, quod à culpa transgressionis præcepti liberari nequit. II. Respondes negando antecedens, *quando enim præcipiatur, ut* DEUM *toto corde diligamus, non jubere nos* DEUM *omnia facere, quæ facere possimus, quæcunq; quomodocunq; possimus, sed tantùm jubere, Deum omnibus aliis rebus præferre, &* (appretiativè, non intensivè) *super omnia diligere*: rationem das, *quia sit præceptum affirmativum, non obligare semper, & pro omni tempore, alioqui nunquam deberemus ab actuali amore* DEI *desistere.* Resp. I. Falsum prius: *Si omnia fecerimus* (omnia) *quæ præcepta sunt nobis* (nobis autem genericè omnia præcepta esse priùs evictum) *Servi inutiles sumus: quod debuimus facere, fecimus*. Luc. 17. v. 10. Jubemur ergò omnia facere, quæcunque, quomodocunque possumus, non tantùm quoad quæstionem facti, sed & juris. II. Summè appretiativè, non intensivè Deum in hac vita diligi, cum grano salis damus; at non *deberi*, negamus; illud actum, hoc mandatum includit, posterius hoc manifestè includit hic locus, requirens quadruplex ὅλον Deum diligendi. I. *Objecti* diligendi totum DEUM. II. *Sub-*

II. *Subjecti* diligentis. III. Actionis: omnibus cogitatis, dictis, factis eum diligamus. IV. *Temporis.* III. Distinguis inter *præcepta Dei affirmativa, & negativa, quorum illa non semper ac pro omni tempore obligent.* At falsum hoc. Nam etiam affirmativum præceptum *semper*, *semper* obligat, in omni actione ad Deum respiciendo, cùm autem demonstrationis hujus obedientiæ coràm hominibus non semper detur occasio, dicuntur obligare *semper*, sed non *ad semper*, quod præceptorum negativorum est. Major.n.in his, quàm illis est Emphasis. Ergò ex correctione falsæ hujus à te citatæ regulæ laborat argumenti tui consequentia. Dixi, semper obligare, sed non ad semper, quia pro loco, & tempore, varias interpretationes, variaque temperamenta accipiunt, ex varia circumstantiarum & occasionum ratione. *Calumnia*, quam addis de nostris, somno, cerevisiæ, Baccho, uxoribus indulgentibus, in Autorem regurgitet; si prædicantes, cerevisiæ, Bacho, uxoribus & liberis non minimam suæ vitæ partem impendunt; vos maximam vitæ vestræ partem impenditis, crapulæ, ebrietati, Meretricibus, Scortis, Sodomitis, &c. Cur autem nos non omnia faciamus, quæ præcepta sunt, in causa est, *quia per pravitatem Naturæ concurrentis impediti perfectè* (uti oporteret) *hoc* NON POSSUMUS. *Reperio dicit Paulus*, Roman. 7. v. 21. *Legem volenti mihi facere bonum, quod mihi malum adjunctum sit, &c.*

Secundum Foverum, hominem sanctum, Deus non semper. & omni tempore est diligendus. Blasphemia!

Forte calumniator, & confessus.

THESIS VII.

AD 2. ARG. NOSTRUM (SERVI sumus DEI, ergò ex necessitate obstricti sumus facere, quicquid facimus, & possumus

facere) *addis, id concedendo, si ita Dominus jusserit, & voluerit; negando, si non.* Exemplo vis probare: *Herus servo concedat somnum, is partem somno detrahat, & servitio Domini impendat, vel eum jubeat ire peregrè, is autem currat, dicis fore opus supererogationis.* Addis, *posse quidem Deum id à nobis exigere, quæ possumus facere, sed non reipsâ exigere aut exegisse: Plura libertati nostræ permisisse, servo omnia facienda, quæ jubeat Herus, non quæ possit ipse servus facere sine jussu.* Resp. I. Extenditur simile, ultra suum tertium, nos enim multo arctiori servitio Deo nostro obstricti sumus, *ut sine timore, de manu inimicorum nostrorum liberati, serviremus ipsi in Sanctitate & justitia coràm ipso,* OMNIBUS DIEBUS VITÆ NOSTRÆ, Luc. 1. v. 74. 75. quod de corporali domini servo dici non potest. Laborat ergò Elenchus à paribus. II. Non tantum potuisse Deum exigere à nobis talia prædicta, sed *& exegisse*; patet ex Deut. 6. v. 5. Levit. 19. v. 18. Matth. 22. v. 37. 39. 40. Marc. 12. v. 30. 31. Luc. 17. 10. Quæ objicis contra, jam statim in fumum abibunt, imò jam pridem abiére. Annón hoc liquidum est mandatum, Deum omnia, quæ possumus facere, reipsa à nobis exigere. *In his enim duobus mandatis* (Matth. 22. v. 37. 39.) UNIVERSA LEX & *Prophetæ pendent.* Da igitur, si bonus es, manus, & desine Verbum Domini blasphemare, & Orthodoxam nostram Doctrinam calumniari. Quod in hac Thesi 7. more tuo *Suitico* addis, sic ex affectu Justitiæ nos, ut servos, teneri etiam carnificis obire munia, & in margine ponis, prædicantes exercuisse officium carnificis, etiam sine affectu justitiæ & misericordiæ, in Grisonia erga inno-

innocentem Sacerdotem, falleris & fallis: Calviniani erant; quid ad nos? Illi, si calumniam patiuntur, semet defendant. An nescis tu Forere, quale officium tui contribules exercuerint *Grezii* in examinando & torquendo M. *Paulo Odontio* Verbi D E I Ministro Evangelico Waltstenii in Styria? Lege Historiam Odontii, pag. 17. &c.

Iesuvvitæ exercuerunt officium carnificis Grezii, in torquendo Paulo Odontio.

T H E S I S VIII.

AD 3. EX LUC. 17. V. 10. PETItum respondes, consequentiam negando, *Christum non dixisse, si omnia feceritis, quæ vobis* FACTU SUNT POSSIBILIA, *sed quæ vobis sunt* PRÆCEPTA: *illa, his latiùs, patere*, fatente Hũnio, *posse aliquem ampliùs quid facere, quàm ab eo requisitum sit.* Resp. 1. Firmitas nostri Argumenti stat. Dicuntur opera nostra debita, hoc loco; Ergò non sunt meritoria, & consequenter, non supererogatoria, sunt enim opposita. 2. Distinctio illa inter opera, quæ sunt 1. possibilia, & 2. præcepta, nulla est. Si enim non omnia facimus, quæ mandata sunt, nec possibile est, ut faciamus, Act. 15. v. 10: quomodo præter illà, nobis in statu peccati impossibilia, erunt alia possibilia? Ἀσύστατα hæc sunt: *Si impossibilis est nobis impletio mandatorum operum, quomodo aliorum non mandatorum majorum & superiorum operum impletio erit possibilis?* Imò talia molientes, etiam bona intentione, cùm non habeant mandatum, Deut. 4. v. 2. & c. 12. v. 28. 32. fiunt inutiles servi. Simile tuum allatum dispar est. Neque enim ad iter salutis nostræ perficiendum curru vel equo supererogationum opus.

Fides in Christum, hæc illius arma, hic currus fuit, est, & erit usq; ad finem Mundi. Rechabitas, quos adducis, *falsissimum est*, SIBI *sine mandato vino interdixisse.* Præceptum parentum aderat vi quarti præcepti, Jerem. 35. v. 6. En Delium Scripturæ natatorem! optimè ergò Apol. Aug. Confess. de Votis Monasticis: *quia habuerunt mandatum parentum, laudatur obedientia, de quâ extat præceptum* DEI; *Honora patrem & matrem. Deinde mos habebat finem proprium, quia peregrini erant, non Israelitæ, apparet, patrem voluisse, eos certis notis discernere à suis popularibus, ne relaberentur ad impietatem popularium. Volebat his notis eos admonere doctrinæ, fidei, & immortalitatis.* Festum, cives *Bethulienses*, & diem Encœniorum *Macchabæi* instituerunt, sed ex præcepto. Præcepit Deus *genus*, quod in honorem nominis sui & gratitudinis ergò, Beneficia Dei in diebus festis celebrare debeamus. Solenne beneficium requirebat solenne publicum Encœnium, quod diebus festis convenientiùs celebratur. Et fuerunt hæc instituta Gratiarum Actionis, non alicujus meriti, & nitebantur tamen mandato divino: *Invoca me in die tribulationis: & eruam te: Et* HONORIFICABIS ME, Psal. 50. v. 15. Excipis, *dando id, ea generatim in Scriptura præcepta esse, ea tamen præcepta non quovis loco & tempore obligare, nec ad quosvis actus.* De gratiarum actione, in diebus festis agenda nego, de ipsis festis, ratione & harum, & harum circumstantiarum consideratis do, sed nil inde pro adversario. Nam in particulari, Hoc jejunium, à luxu nimio abstinentia, hæc Oratio, hæc festi celebritas, est in præcepto generico involuta.

Rechabitæ ex præcepto non usi sunt Vino.

Bethulienses Festum, & Machabæi Encœnia instituerunt ex Mandato.

Qui

Qui præcipit OMNE ET TOTUM GENUS, *annón & Species? quia simul sumptæ sunt idem, quod genus.* Adde quod Paulus dicat, 1. Tim. 2. v. 8. *Volo orare viros in* OMNI *loco.* Ergò & in hoc, in illo, in isto. Vide Thes. 2. Citas *Ambrosium* pro loco, Luc. 17. v. 10. in lib. de vid. sic scribentem: *qui præceptum impleverint, possunt dicere, servi inutiles sumus: quod debuimus facere, fecimus. Hoc Virgo non dicit: non dicit ille, qui bona sua vendidit, sed quasi reposita expectat præmia, sicut Apostolus ait: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, quid ergò erit nobis?* In his verbis Ambrosius nihil potest pro Forero concludere. Non enim sequitur: Virgo & Juvenis ille non dicunt, servi inutiles sumus. Ergò possunt præstare opera supererogationis meritoria. Nam nec Virgo, nec Juvenis præceptum impleverunt. Vide Thes. 3. 2. Non vendidit bona sua Juvenis, sed abiit tristis. Quomodo ergò potuit exspectare præmia reposita? sed vel *quasi* dicit ipse Ambrosius. 3. Quod Apostoli dicunt, *se omnia reliquisse, &c.* Exprimunt hoc sermone, cùm sui ingenii, tùm totius generis humani solicitudinẽ, quod nihil boni sine mercede agere velint: jactitant ambitiosè, quid propter Christum fecerint: Beneficia Christi, omnes Mundi divitias & opes longissimè superantia, dignè non æstimârunt: magis de præmio, quàm de officio suo fuerũt solliciti, & Regnum adhuc terrenũ sperârunt. Quibus Christus ita respondit, ut viderint retributionem illis in cœlis repositam, sed retributionem *merè gratuitam.* Nam inter mercedem debitam, & inter id, propter quod datur merces, requiritur utrinque justa &

Ambrosius nil pro Forero.

æqua-

æquabilis proportio : cùm viciſſim inter retributionem in cœlis repoſitam , & inter amiſſionem temporalium bonorum , aut afflictionem hujus Mundi, omnis omninò comparatio ſit ſublata, Roman. 8. v. 18. 2. Cor. 4. v. 17. Et, quæ quæſo inter retia, ædiculam collapſuram pauperculam, naviculam; à Petro derelicta, ad cœleſte Regnum fuit proportio? 4. Audi, *Forere*, rurſus *Ambroſium* tuum, in Lib. 8. Lucæ cap. 17. fol. mihi 131. ſic loquentem: *Sequitur, ut nemo in operibus glorietur, quia jure Domino debemus obſequium. Nam ſi tu non dicis ſervo aranti, aut oves paſcenti: Tranſi, recumbe (ubi intelligitur, quia nullus recumbet, niſi antè tranſierit. Deniq; & Moſes antè tranſivit, ut magnum viſum videret) ſi ergò tu non ſolùm non dicis ſervo tuo: Recumbe, ſed exigis ab eo aliud miniſterium, & gratias ei non agis: ita nec in te patitur Dominus unius uſum eſſe operis aut laboris, quia* DUM VIVIMUS, DEBEMUS SEMPER OPERARI. (Ubi hic locum poſſunt habere opera ſupererogationis, ſi *debemus* ſemper operari.) Vidéſne, quomodo Ambroſius hunc locum intellexerit? Cui 5. adjungo *Didacum Stellam*, qui in hæc verba Luc. 17. ſic ſcribit: *Servum inclinant operationes* ASSIDUÆ; *nam ſervus quamvis bona fide ſuo fungatur officio in agro, & domi reverſus fecerit imperata*, NON TENETUR DOMINUS ILLI REDDERE GRATIAM, *quia pœnam exacturus erat, niſi id feciſſet: quamobrem? Non ob aliud, niſi quod ſervus eſt, &* OMNEM OPERAM DEBET DOMINO, *cujus eſt ipſe. Servus non in agro ſolùm, ſed etiam domi Domino ſuo ſervire animo libentiſſimo debet: æquum enim non eſt, ut vel, quoniam gregem pavit, aut fundum coluit,*

ideò

ideò securus ad mensam discumbat omnium aliorum ministeriorum expers, quæ Domino NIHILOMINUS EXHIBERE TENETUR. *Ita & Vos, quantumcunq; jam satis superq́;* VOBIS VIDEAMINI *Mundum despexisse, injurias condonâsse, aut etiam mirabilia fecisse, arbores transtulisse, & omnem* LEGEM IMPLESSE, *ne superbiatis, sed modestissimo animo cogitate, pluris esse ad perfectæ virtutis culmen ascendendum, labores subeundos, & opera facienda. Ideò pergit in expositione parabolæ, seipsum declarans;* SIC ET VOS, CUM FECERITIS OMNIA, QUÆ PRÆCEPTA SUNT VOBIS: DICITE, SERVI INUTILES SUMUS: *Id est, nostra servitute nihil utilitatis aut perfectionis Deo attulimus, qui bonorum nostrorum non eget. Unde in Hiob habetur: Si peccaveris, quid ei nocebis? & si justè egeris, quid ei donabis?* QUOD DEBUIMUS FACERE, FECIMUS, *implendo præcepta. Docemur hic* OMNEM PRÆSUMTIONEM ET VANAM GLORIAM *vitare. Si enim hi se servos inutiles reputare* DEBENT, *qui omnia impleverunt præcepta, quid nobis* (Pontificiis scribit Pontificius Didacus) *incumbit, qui in tàm multis offendimus, & ea ipsa, quæ* FORSAN IMPLEMUS PRÆCEPTA, TÀM IMPERFECTE' *implemus, ita ut juxta Esa. Universæ Justitiæ nostræ sint, quasi pannus menstruatæ, &c.* Habes explicationem antiquæ tuæ Ecclesiæ? II. Respondes, *Christum seriò, nec irrisoriè jussisse Discipulos dicere, fecimus, quod debuimus: ergò indicâsse, esse possibile.* Nervus est: *Discipuli omnia, quæ mandata iis sunt, fecerunt. Ergò omnia illa erant factu possibilia, cum id tamen negemus.* Resp. Si Forer habet pennas, volabit. Si omnia feceritis, dicite, servi inutiles sumus, fecimus enim quicquid debui-

Vobis vid. amini) Aliud est, SIBI videri, & aliud reipsa ita esse, quod quis sibi videtur.

Forsan) En concessentiam de perfecta Legis impletione titubantem.

mus. Egregium Logicum! Hypotheticam, quæ nil ponit, in Categoricam, Metamorphosi, nescio qua, transformare. Dicis ita concludendum esse, quod debuimus facere, fecimus: non autem, ut *Hunnius*, TANTÙM *fecimus, quod facere debuimus.* Fecimus, quod debuimus, non autem omne, quod fecimus, debuimus (*multa facis mala Forere, quæ non debes.*) Resp. exclusiva, TANTÙM, διανοητικῶς intelligitur. Injuria ergò *Hunnius* à te vapulat. Memor sis illius: *Cædimus inq; vicem præbemus crura sagittis.* Vocas mendacium, cum *Hunnius* dicat, Christum id, Luc. 16. dixisse, cum dixerit, Luc. 17. quem putas melius in Bibliis versatum fuisse, D. *Hunnium* p. m. vel te *Bibliomastigen?* Si hoc est mendacium, cur non & illud? cum scribis Thes. 32. fol. 44. Christum dixisse: *Quærite primùm Regnum Dei, &c.* Matth. 7. v. 34. & eodem Cap. *Attendite ne Justitiam* (τὴν ἐλεημοσύνην reddis tu Justitiam) *vestram faciatis coram hominibus, &c.* cum dixerit Christus, Matth. 6. v. 33. & eodem cap. v. 1. *Hypocrita, ejice primum trabem ex oculo tuo, & tunc perspicies, ut ejicias festucam, quæ est in oculo fratris tui,* Luc. 6. v. 42. si liberet sphalmata typographica TIBI imputare, haberemus plurima: sed nolumus, tu prodis hisce animum tuum inscitia, malitia, & calumniis plenissimum.

Forer hypocrita & mendax.

THESIS IX.

AD 4. ESAI. 64. UBI OMNIA bona opera, & præceptiva sint, & multos defectus habeant, ita, ut nunquam Legem perfectè implere queamus, & ita, ut non justificetur in: con-

conspectu Dei omnis vivens, Ps. 143. v. 2. quod probemus ex Aug. l. de perfectione Justitiæ, præceptum diligendi, & non concupiscendi, in hac vita impletu esse impossibile. Respondes 1. *antecedens falsitatis arguendo.* 2. *Formulam Concordiæ flagellando, cum inquit: Homines tunc primum rectè cognoscunt, quàm magna* DEUS *in Lege exigat, quorum nos* NULLUM *servare possumus, cùm tamen* 1. *Johan.* 5. *mandata ejus gravia non sint, & aliàs sequatur, Deum nobis illudere, cum dicit: si vis ad vitam ingredi, serva mandata: imò Tyrannum esse, plus à te exigentem, quàm possis.* 3. *Esaiam non de justorum, sed injustorum operibus loqui. Quia* 1. *praecedat: Ecce iratus es, & peccavimus. At justorum peccatis* (nostra quoque hypothesi) *Deum non irasci, sed tegere illa.* 2. *Quia sequatur: non est, qui invocet nomen tuum, qui consurgat & teneat te.* Et instas, *nostra quoq; hypothesi, invocari nomen Domini, & teneri eum per fidem apprehensum. Nec referre, quod Esaias justus se iis adnumeret.* Resp. ad I. Opera bona, legaliter, *νομικῶς*, formaliter, & per se considerata, non sunt mala, vel peccata. Sunt enim 1. à Deo, à quo nil, nisi bonum, Jacob. 1. v. 17. 2. Legi consona, 1. Johan. 3. v. 4. 3. Quia Deus remuneratur, sed *Evangelicè* talia sunt, quia licet cum Lege quodammodò consentiant, hæ autem personæ multum infirmitatis habent, ideò ob illam externam *σχέσιν* omnia opera bona, multos defectus habent. Ad II. *Locus Johannis* nil derogat Formulæ Concordiæ. Nam non agit de facilitate Legis Mosaicæ implendæ, sed de mandatis Christi, ut nos invicem diligamus. Hoc præceptum Christi per gratiam Dei non est grave, sed leve, Matth. 11. v. 30. 2. In se & perfectè renatis, in 1. Joh. 3. v. 1.

quantum tales, non sunt gravia, at nobis imperfectè renatis gravia, quoad perfectionem, licet non sint gravia, quoad inchoationem novę obedientiæ. 3. Arg. hoc ipsius Pelagii & Cœlestii est, ad quod pridem pro nobis Hieron. lib. 2. adversus Pelag. & exempla ad Ctesiph. Pelagio respondit. *Facilia dicit Dei esse mandata*, & tamen nullum proferre potest, qui universa compleverit. Responde; mihi *facilia* sunt, an *difficilia? si facilia, profer, quis ea impleverit, & cur David in Psalmo canat: Qui fingis laborem in præcepto: Et iterum: propter verba labiorum tuorum ego custodivi vias duras. Et Dominus in Evangelio: Intrate per angustiam portam: Et: Diligite inimicos vestros: Et: Orate pro his, qui persequuntur vos: sin autem difficilia, cur ausus es dicere, facilia esse Dei mandata, quæ nullus impleverit:* Ergò mandata Dei non gravia, non quod facile sit, Legem absolutè propriis viribus, & perfectè implere, sed quia *filiis Dei non sunt molesta*, & quia, *quod non impletur, non imputatur. Omnia enim mandata facta declarantur, quando quicquid non fit, ignoscitur.* Aug. lib. 1. retractat. cap. 19. Nec illudit Deus loco Matth. 19. nam 1. *est hypothetica*, & *legalis sententia*, *nil ergò ponit, si asinus volat, habebit pennas.* 2. Si vis ad vitam ingredi: serva mandata PERFECTÈ, ut Lev. 18. 5. Rom. 7. 10. Gal. 3. 12. Nec *Tyrannus* est, quia petit id, quod in *statu confectionis* dedit. Ergò *justus* potiùs dicitur indè. Et quod non possumus per *naturam*, possumus inchoativè per *gratiam*. Ad III. negamus. Est enim confessio Ecclesiæ Propheticę, de suis justitiis inhærentibus etiam in statu gratiæ: quia loquitur Propheta de eo statu, quo Eccle-

sia,

ſia, in gratiam recepta, Deum glorificat. Cùm enim renati habeant adhuc *carnem & ſpiritum*, Gal. 5. 17. *interiorem & exteriorem hominem*, adhuc ſæpè DEUS, quia peccant, iis iraſcitur, peccatis quidem juſtorum, non quà juſtorum, ſed quà hominum, peccatum in ſenſu & radice adhuc habentium, iraſcitur, nec repugnat, v. 7. verè enim renatorum fides interdum eſt, ut *linum fumigans*, Eſai. 42. ut *granum ſinapi.* Agi autem de piis, ex v. 8. 9. tàm liquidum eſt, ut miremur, cur negare id auſus fueris. Eſaiam ſe admiſcere iis, damus, at eum maximè loqui de *operibus Legis*, quæ Judæi *ſine fide in Chriſtum* vaniſſimè jactaturi erant, ad factũ eorum reprimendum, negamus. Nam. 1. non de FUTURO, ſed de PRÆTERITO jam loquitur: Eſt enim oratio deprecatoria. 2. de bonis operibus renatorum, ut probatum, agit, at ea *fide non carent.* 3. Clarior eſt vox Juſtitiæ, quàm ut Jeſuiticam admittat obſcurationem. Hieron. nil pro te, Et, ſi quid pro te, nil tamen contra nos. *Audi, dicit Dominus, non dicit, Rogatus aut Donatus, aut Vincentius, aut Hilarius, aut Ambroſius, aut Auguſtinus, ſed dicit Dominus:* Aug. Epiſt. 48. *Auferantur ergò illa, quæ adverſus nos invicem, non ex divinis Canonicis libris, ſed aliundè recitamus. Idem* l. 3. c. 13. *contra Maxim. Arianum.*

THESIS X.

AD PSAL. 143. AIS, LOQVI vel de peccatis *venialibus*, ut Aug. lib. de perfectione Juſtitiæ. Hieron. Epiſt. ad Cteſiph. Gregor. Magnus in hoc loco intelligant, vel de juſtitia noſtra, *juſtitiæ Dei comparatâ*, de quâ Job. 4. 17.

cap. 9. 2. Aug. libr. contra Priscillian. & Orig. c. 10. exemplo illustras: non secùs, ut *accensa candela coram Sole, nil luceat, sed umbra potiùs videatur.* Augustinum excusas, sicubi dixerit, non posse impleri mandatum de diligendo Deo in hac vita, eum non loqui de *opere*, sed *fine*, propter quem, opus præcipiatur: Deum non requirere hac in vita tantam dilectionem, quantâ sancti ardeant in cœlis, qui finis sit absolutissima, & nunquam interrumpenda in cœlis Dei dilectio: post longam telam concludis, Legem tantùm requirere omnes vires, quoad *appretiationem*, non quoad intensionem. III. Loqui de operibus Legis *secundum se præcisè spectatis*, sine gratia Christi. Declaras simili à servo, (homine) sarcina (peccati) onerato, cui mandet Dominus, ut celerrimè montem ascendat, (Legem perfectè impleat) is si tantum eat, quantum possit ob sarcinam, non mandati violator sit: contradictionem tandem nobis impingis, Deum in hâc vitâ non tantum posse amari, quantum possit in hâc vitâ amari. *Ridiculum caput!* ais loqui de Venialibus peccatis. Ergò hic erit sensus: Non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens venialibus suis peccatis. *Egregiè!* adde, quod *suâ* NATURÂ nullum tale peccatum sit, sed tantùm ex GRATIÂ. Sensus ergò hic est. Non justificabitur (justus censebitur) nempe *inhærente sua justitia*, omnis vivens, ita ut justitia inhęrens in judicio Dei consistere nequeat. Ad II. Nulla fit justitiæ Davidis ad justitiam Dei comparatio, ut in JOBO, ita ut sua justitia quidem in se justificetur, ea autem ad Deum comparata, non: & *τὸ non intrare*

secum

secum in judicium, forum suæ justificationis ingredi asserit. Lucerna autem *tua* in his, *tenebris* tuis, planè *vix lucernam olet*. Discrimen autem inter *impossibilitatem operis* & finis recurrit ad circulũ. Adhuc enim controvertitur, an tantùm hanc, non etiam illam Augustinus intellectam voluerit. Nos utrumq; dicimus. De *appretiatione* & *intensione* dico, istã distinctionem obscurissimam & scholasticam esse, item, *intensivè* & *extensivè* Deum diligere: Res igitur tuas tantisper tibi habeto, dum docueris, è Spiritus sancti Schola, fictitias tuas distinctiones productas esse: Summè Deus in hâc vitâ diligendus est, & sicuti eum quoq; dilecturi fuissemus, in statu Innocentiæ, non saltem appretiativè. Abeat ergò hæc distinctio, sine Scriptura prolata. Ad III. Falsum. Paulus enim Roman. 4. adjecit Exemplum Davidis justificati, non ex operibus sine fide factis, nec partim ex fide, partim ex operibus, sed tantùm fide per imputationem meriti Christi. Unde argum. Qualia opera REMOVET Paulus à foro justificationis Davidicæ, talia intelligenda in Ps. 143. At non saltem ceremonialia, sed omnia omninò in genere removet, Ergò, &c.

THESIS XI.

AD 5. ARG. DEUT. 4. 2. CAP. 2. v. ult. Ubi præcipitur, *nil addi præceptis Dei debere*. Respondes, scilicet *nil contrarium*, & *in certo genere rerum, de quo ibi sermo*, sed *non ut simpliciter, in quocunq; genere nil addatur, aut auferatur*, aliâs nefas fuisset, libris Mosis addere *Prophetas* & *Novum Testamentum*, imò nos quoque *Circumcisionem* abstulisse,

&c alias

& alias *Ceremonias*, probas id ex Hebræâ voculâ עַל, q̃ sæpè sit idem quod *contrà, adversus*. Ita sumi eandem particulam, Num. 14. 2. Ps. 2. 2. Ps. 14. 10. non secus ac in Novo Testamento *ὑπὲρ*, τῷ עַל correspondens, 1. Cor. 4. 6. observante Chrysostomo in d. lib. II. Et quidem *contrarium*, *ad verbum*, *quod* LOQUATUR, PRÆCIPIAT, non autem quod SCRIBAT, locutum verò esse DEUM non SCRIPTO tantùm, sed & VOCE. III. Si autem de Scriptura intelligendum sit, tamen ad *nos Christianos non pertinere*, quia nec illa *maledictio*, Deut. 27. 26. nos concernat, cum ab ea simus liberati, Gal. 3. v. 10. 13. IV. Si tantùm PRÆCEPTA facienda sint, *nullum relinqui locum* CONSILIO. At hoc repugnare Paulo, 1. Cor. 7. *consilium do.* Addis, hoc Argumentum ita firmum esse, ut D. Reihing nil ad hoc respondere potuerit, & Hunnius distinctionem ipsam concesserit. Resp. ad I. Nec nos *simpliciter* & *absolutè*, sed *secundum quid*, nil verbo DEI addendum esse, dicimus: sed nil, CONTRÀ, EXTRA & PRÆTER Scripturam, *rationem dogmatum & cultus habens*, adeoque MERITORIUM aliquod *involvens*, addendum esse. At *tale quid sunt Vota Monastica:* Ergò non addenda. Hoc ergò est conclusum: præcepta humana *extra & præter Legem Dei scriptam, propria bona intentione, ad colendum Deum inventa*, minimè observanda esse. Prophetæ & Novum Testamentum, non humana Prudentia, sed Spiritu sancto dictante & jubente sunt addita: neque contraria anteà scriptis, sed ut illorum, divino mãdato facta Explicatio. Stultè igitur ab additionibus interpretativis, ab ipso Deo factis, arguteris. Voculam

llam Hebræam עַל quod attinet, procedit ex mero particulari. Nil ergò nobis derogat. Videndum autem, an & hîc ea particula sic sumatur, quod nego. Ad II. Moses verbum Dei primùm VIVÂ *voce traditum*, SCRIPTO *edidit*, Exod. 34. 27. ex *mandato* Dei, cap. 24. v. 3. cujus *mandati executio* extat Deut. 31. v. 9. Huc alludit c. 28. v. 1. 15. 58. Undè Paulus verba, Deut. 27. v. 27. de *Verbo* SCRIPTO, Gal. 3. v. 10. explicat. Ad *legem quoq;* SCRIPTAM *Israëlitæ remittuntur*, Deut. 31. v. 9. 10. 11. 12. *reges quoq; ac duces.* cap. 17. v. 18. 19. 20. Jos. 1. v. 7. 8. Ad III. *dispar exemplum est, Maledictio Legis ideò nos non obligat, quia Christus eam pro nobis sustinuit,* Gal. 3. 13. at longè dispar est additionis, & detractionis ratio. Et insuper ea ipsa maledictio & ad nos pertinet, ut à peccatis abhorreamus, sciamusque, impœnitentibus, aut recidivam passis (nisi Pœnitentia succurrat) eandem maledictionem denuò impendere. Nihil igitur ab Ecclesia Novi Testamenti, è verbo Dei subvectum. Quòd autem à credentibus maledictio ablata est; id non à nobis, sed à Deo est, cujus solius est maledicere & benedicere. Ad IV. supra. Paulus non vocat CONSILIUM, sed ΓΝΩ'ΜΗΝ, SENTENTIAM, quod tibi responsum à D. Reihingio velis, & Hunnium id voluisse scias. Neque enim hîc, de novo aliquo, aut singulari vitæ æternę consequendæ modo perfectiore agitur: sed pro ratione temporis, & circumstantiarum, Pauli pro iisdem circumstantiis, sententia fuit à Corinthiis vel expetita, vel à Paulo proposita. II. Ad Arg. (Si Deum plus possumus amare, quàm amamus, & tamen nolumus, *gravissi-*

mè peccamus, quia sic 1. negat Deum esse summum bonum is, qui non vult eum amare, quãtum potest. 2. abutitur Dei dono, qui plus potest diligere & non vult) respondes: *Limitando*, si scilicet *nolimus* ex *contemptu*, aut *pigritia*, aut quoque, *cùm necessitas exigat*, majorem amorem: *extra hos autem & similes casus, negando*. Ingratum non esse, qui benefactori non faciat, quantum POSSIT, sed quantum DEBEAT, *paratus autem sit plus facere, si res postulet*. Probas Exemplo: qui habet talentum concionandi, at non præceptum, non abscondit talentum suum, etsi non concionetur. Resp. omnia circulum petunt. I. MANDATUM *adest* expressum de amando Deo, EX TOTO CORDE, TOTA ANIMA, TOTIS VIRIBUS (non moramur distinctiunculam ἄγραφον scholasticam, inter summè amare *appretiativè*, & *intensivè*: tuæ enim Scholæ Discipuli jurati nos non sumus) ergò sive ex contemptu aut pigritia, sive etiam alia causa Deum non amemus summè, præceptum ejus violamus. II. Simile allatum est *spurium*, valens in FORO, non POLO. Anné enim Deus, vi præcepti, non est tantum diligendus, quantum possumus, sed quantum debemus? Ah TANTILLULUM, & MINIMILLULUM *nostrum posse*! O BLASPHEMIAM! OMNIA *debes ô homo, si* OMNIA *fecisti, quæ præcepta tibi, dic te (demùm) inutilem servum*, Lucæ 17.10. Et, si à mortuis resurgerent hodiè Pharisæi, possentné perversius de Obedientia Legi divinæ debita, Forerianis responsiunculis quidquam loqui? III. Illud de talento, in applicatione *recurrit ad ἀπεῖν*. PRÆCEPTUM enim adest de talento

Quasi Deo ullus homo grates condignas referre possit.

amo-

amoris, nullo, nullo modo intensivè abscondendo' donec, ut loqueris, necessitas illum amorem intensivum postulat, modò nobis possibilis esset.

III. Arg. (Matth. 19. mandatum esse, non consilium arbitrarium) negas: vi verborum, v. 21. Dilemma: Aut *seriò* & *sufficienter* Christus respondit, vel *insufficienter* & *irrisoriè*. Non *posterius*; esset enim *illusor* & *seductor*: Ergò *prius*. *Frustrà ergo post addidisset, si vis perfectus esse, &c.* Ergò desertio opum est CONSILII, non PRÆCEPTI. Resp. Sufficientissimè respondit Juveni. At quia erat ARROGANS, & *perfectam Legis impletionem somniavit*, & *quærendo institit*, voluit ipsi *cristas deprimere* & indicare, quantum adhuc ipsi desit. Vide supra Thes. 3. Excipis 1. *Dilexit hunc Juvenem*, Marc. 10. 21. Ergò *non verisimile, quod ipsius arrogantiam verbis his voluerit reprimere.* Resp. *Fallacia causæ, ideò enim dilexit eum, quia videbat eum non malitia, sed simplicitate errare, itaque non eum asperè, ut Pharisæos* & *Scribas, sed humanissimè allocutus est.* Neque sufficit: Juvenis se totam servâsse Legem professus est: Ergò, mentitus nõ est. Apertè enim Christus, & de facto, illum convincit, quod Mammona suum, multò plùs, quàm Deum diligat, & ita neque quid Dei dilectio requirat, intellexerit, nedum (uti falsò jactabat) ipso opere jam compleverit. 2. Si esset præceptum, dicis, cur soli huic, non ulli prædicantium datum? Resp. Quia 1. erat præceptum PERSONALE. 2. datum etiam (quatenus in casu necessitatis & confessionis, omnia potiùs, quàm Christum relinquere debemus) GENERALE tale præceptum, Marc. 10. 29. vide Thes. 3.

CAPUT II.

THESIS XII.


OTUM DEFINITUR à Forero I. Per PROMISSIONEM *ex* Ecclef. 5. 3. Ubi votum definiatur per promissionem. At *vitium vulgata* est. Hebræa sic: *Cùm voveris votum Deo, ne tardes reddere illud, quia non voluntas in stultis. Quæ voveris redde, melius quod non voveas, quàm quod voveas, & non reddas,* Deut. 23. 23. Hebræum sic: *Egressionem labiorum tuorum custodies, & facies, quemadmodùm vovisti Domino, Deoq; spontaneum, quod locutus es in ore tuo.* In LICITIS ergò votis, & in *potestate nostra positis dò*, sed *non*, *in* ILLICITIS, & cum verbo Dei pugnantibus, qualia erant DAVIDIS, 1. Sam. 25. v. 22. 34. JEPHTÆ, Jud. 11. 31. in quibus fides *rescindenda*: Patet hoc *ex finibus*, propter *quos* vota fiebant. Vovebant enim homines *vel tempore pacis*, Num. 21. 2. *vel belli*, 1. Samuel. 1. 11. *vovebant autem vel simpliciter*, ut *Nazaræi*, Num. 6. 2. vel *hypotheticè*, Gen. 28. 20. Quæ omnia fiebant, vel ad *declarandam gratitudinem erga Deum*, ut *Jacobi*, Gen. 28. 21. *Davidis*, Psal. 132. 2. vel ad *exercendas virtutes*, Jud. 16. 17. Jerem. 35. 6. Thren. 4. 7. *Illa* sunt *vinculum quoddam obligans*, *hæc non*. Illa *obligationem voventi injiciunt*, de quibus August. & Chrysost. explicandus, *hæc non*. Aliàs *David suum votum rumpere non potuisset*, aut *rumpendo peccâsset*, quod non; nam votum ipsius, gloriæ Dei, & dilectioni proximi, ad quæ duo tamen omnia, 1. Cor. 10. v. 31. cap. 3. 5. revocanda repugnavit. II. DEO FACTAM,

FACTAM, Ergò si DEO vovendum, cur SANCTULIS suis vovent! respondes 1. tantùm materialiter ex Thom. & Suar. ita ut promissio ad implendi voti nihilominus principaliter fiat DEO. 2. tantùm affectu δουλείας non λατρείας. Resp. ad 1. Monstrũ limitationis triceps! aut enim τὸ materialiter est idem, quod fundamentaliter, aut subjectivè, aut terminativè. Si prius, *soli* DEO convenit, præter quem nullùm aliud fundamentum: si posterius, tum Sanctulis religiosus cultus; qui tamen Esai. 42. 8. solius Dei est, conveniret. Ad II. δουλεία & λατρεία συνώνυμα sunt. Et commenticia illa Papicolarum distinctio inter λατρείαν, δουλείαν, καὶ ὑπερδουλείαν, jam pridem à doctissimis Papistis, Laurentio Valla, Ludovico Vive in annotationibus in libros Augustini de Civitate Dei, lib. 10. cap. 1. Martino Peresio de traditionibus, part. 3. consideratione 7. & aliis est explosa.

Scilicet: coram Tribunali Dei mox rata habebitur hæc tua Distinctio.

III. LIBERÈ AC SPONTÈ; At tria vota Pontificia nec sponte omnia fiunt, nec liberè, ut viva praxis docet. Monasteriis enim sæpè intrudunt impuberes, vel tales ad minimum, qui nondum per ætatem flammis uruntur nimiùm. Ita 1. alii ignorantes, sic devoventibus Parentibus liberos infantes, licet utrum voto satisfacere illi possint, penitùs ignorantibus: 2. alii metu superiorũ eò perveniũt. IV. DE BONO, NON ILLICITO AUTEM VEL DIFFERENTE. At cœlibatus nõ in omnibus est res indifferens, qui potest capere, capiat. V. *Eoque* EXCELLENTIORE; quia habeat vim obligandi. At nulla in rebus his, substantialibus votis est 1. excellentia, vel, 2. obligatio, sed 3. nuda pollicitatio, quæ 4. nasci possint ex solo

proposito, nec 5. ita vovere est actus religionis, cum 6. non omnis promissio, quoad formam, actus religionis censeri debeat. VI. QUOD EST IN POTESTATE NOSTRA; At votum continentiæ tale non est, adeoque omnia tria vota Monastica Pontificia execramur, ceu 1. ἄγραφα, 2. ψευδυπόθετα, 3. ἀντίπιστα, 4. ἀπελευθερωὰ, 5. δέκα λόγοις ἀντιφατικὰ, 6. δεισιδαιμονικὰ, 7. πλημμελὰ, 8. ἀσεβῆ, 9. in Christi meritum blasphema, contumeliosa, 10. Orthodoxæ vetustati incognita, 11. quibusdam sanioribus adversariis vehementer improbata. Hinc optimè in Arausicano Concilio decretum fuit, nihil ritè Deo voveri, nisi quod de manu ejus acceperimus. Undè & David juramentum, de occidendo Nabale rescidit, cùm satius fuerit, Augustino testante, temerarium juramentum rescindere, quàm per effusionem sanguinis implere. Optimum ergò votum cum Augustino est, si animam nostram Domino offeramus, & totam quasi ei consecremus. *Sunt* (ait) *qui vovent, alius pallam, alius oleum, alius ceram ad luminaria noctis, alius, ut vinum non bibat per aliquot annos, non est istud* votum *optimum, nec perfectum, adhuc melius volo, non eligit Deus nec speciem tuam, nec oleum tuum, sed hoc, quod hodie redemit, ipsum offer, hoc est, animam tuam, & si interroges me, quomodo animam meam, quam ipse habet in potestate, offeram! ego respondeo tibi quomodo! moribus sanctis, cogitationibus castis, operibus fructuosis.*

THE-

THESIS XIII.

I. AUG. CONFESS. MENDAcii arguis, quæ dicat art. 27. Germ. ita: Folgends: Warumb treibet der Gegentheil so hart/ daß man die Gelübd halten müß/ vnd sihet nicht zuvor an/ ob das Gelübd sein Art habe/ dann das Gelübd sol in müglichen Sachen/ willig/ vnd vngezwungen seyn. O *Psylle!* venenum ex optimo sugis. Non dicit Augustana Confessio, tuos fratellos rasos *de ipsâ voti naturâ* silere, quid enim magis crepatis, quàm *vota, vota, vota*, quæ in potestate vestrâ sita sint: sed; Der Gegentheil sehe nicht zuvor an/ ob das Gelübd (quod semper dicunt esse nostræ potestatis) sein ART HAB/ *an sit tale, quale ipsi urgent.* Caveſis, ne ingeminemus justè: *Qui, quæ vult, dicit, quæ non vult, audiat.* Augustana Confessio non agit de *non scriptione*, sed de *non justa consideratione. Centifolium* næniarum potes scribere, & tamen verè possum dicere, te, quæ scripseris, non benè considerare. II. Inscitiæ accusas D. Pregitzerum, ac si mancam voti definitionem tradidisset. Sed in th. 2. Disp. de votis, τὸ voluntarium, spontè, & consultò susceptum votum, Ἀγνοίᾳ optimè includitur. Si malevolentiæ & inscitiæ, & odii concepti glaucoma tibi posses detergere, videres id lusce. Ut & Typographicum erratum, de libro & nomine Lombardi & Thomæ.

THESIS XIV.

III. *SANCTIS ALIQUO MOdo vota posse fieri:* Probas id 1. Ex antiquissimo usu Ecclesiæ apud Eusebium, Socratem, Theodoretum, Augustinum, vota Sanctis offerri dicentium: Imprimis nominas Gregorium Turonensem, cujus verba: Domino gratias agentes, & vota beato Confessori promittentes. Apud Euseb. Socr. Theodoret. nil videre potui. In citatâ Augustini Epistolâ extat *negry.* In G. Turonensi extant verba, sed *erant satellites id facientes.* Nos loquimur I. de *quæstione* JURIS, non FACTI. Ita enim habet integer locus: *Quod* SATELLITES *audientes, & Domino gratias agentes,* & *vota beato Confessori profitentes, læti nunciaverunt Regi.* II. *Pontificius erat: Ergò.* Idem est, ac si tibi ex Wolfio, vel alio quid probarem. At omnia blasphemè. Vota enim sunt *pars cultûs divini*, non *sanctis* in cœlo, sed DEO *soli* competentis, *soli* illi, qui *solus adoratur*, Psal. 50. *vovetur*, eique gratiarum actio debetur: Votum enim tale, nil est aliud, quàm pollicitatio gratiæ non tàm ore, quàm facto & opere declarandæ. 2. *Sancti* non possunt *opem* nobis *ferre*, Psal. 115. 3. *Semper soli* DEO *vovebatur*, Lev. 20. Num. 30. Deut. 23. 21. Sap. 5. 3. Genes. 28. 20. Jud. 11. 30. 1. Sam. 1. 11. Psalm. 50. 14. Psal. 65. 1. Psal. 66 12. Jon. 1. Act. 21. Vide Jerem. 44. v. 25 4. Est mos Ethnicorum, qui non imitandus, Ephes. 4. 17. II. Ais: *Homo homini potest aliquid promittere. Ergò & vovere. Monstrum Consequentiæ! Vota,* & *promissiones non sunt, ἀντίστροφα. Elleboro* hoc

Arg.

Arg. indiget. SCIENTIA, quam hî: sanctis tribuis, quasi factorum nostrorum votorum gnari essent, est, Esai. 64. IGNORANTIA. Excipit Forerus. est promissio hæc sanctis facta, non merè civilis, sed aliquo modo (*saltem reductivè*) religiosa, ex *motivo supernaturali* procedens. Ergò (aliquo modo) quoque votum! Resp. *Indefinitè*; *Omnis cultus religiosus*, Matth. 4. SOLI (*exclusivè*) DEO tribuendus. Quomodocunque ergò *limites, distinguas, constringas, attenues, emacies*, promissionem religiosam, vel πῶς, vel ἁπλῶς, tamen promissio religiosa est. Ergò, uni, & SOLI DEO conveniens. Ea, quæ addis (posse Sanctis dari solis 1. formaliter prom ssionem, δουλεία 2. *In Sanctis, reflexivè*, DEO. 3. DEO *soli*, λατρεία, cum affectu tamen honorandi Sanctos, quarum illa non ut religiosa quædam promissio reductivè: ista propriè, sed infrequentiꝰ apud fideles, hæc 4. verè & propriè frequentius votum sit, cum soli Deo *formaliter*, sanctis tantùm *materialiter* vovendum sit) ex dictis, & affirmata priore, inter promissionem homini, quæ possibilis, & votum, quod non, & vicissim, altera illa negatâ distinctione inter δουλείαν καὶ λατρείαν, in nebulas eunt.

THESIS. XV.

EX DATA *DISTINCTIONE* δουλείας, λατρείας, καὶ ὑπερδουλείας, per injuriam vos, ob vota Sanctis nuncupata, *Idololatras* dici ais. Arg. *Hi sunt Idololatræ, qui cultu latriæ, non qui duliæ, vel hyperduliæ, nunquam prohibito, sed Ecclesiæ praxi semper approbato, vota sanctis nuncupant.* At non illo, Forer Idololatra.

 sed

Fictitia votorum discrimina.

sed hoc modo sanctis vota nuncupant. Ergò. Respond. I. *Synonyma* hæc sunt: nam & *δουλεύειν pro cultu, divino Numini unicè debito*, sumi, vide Matth. 6. v. 24. Act. 20. 19. Rom. 14. 18. cap. 16. 18. Galat. 4. 9. Ephes. 6. 7. Col. 3. 24. 1. Thes. 1. 9. Hinc LXX. Hebr. עבד modò per *δουλεύειν*, modò per *λατρεύειν*, explicuêre, Deut. 6. 13. 1. Sam. 7. 3. cap. 12. v. 20. Deuter. 10. 12, Exod. 20. 5. Deut. 4. 19. II. Major ergò ita *disjunctim* laborat, *conjunctim* verissima est. Ad loca Jac. 1. 17. *autori beneficiorum*, esse Psal. 76. 12. vota nuncupanda, reddenda, Psalm. 50. 14. *non Sanctis*, excipis, hæc ita esse, at non indè sequi, nulli sancto quidquam promittendum, aut promissum servandum. At scias, aliud esse promissum, aliud votum, ut suprà. SOLI DEO vovendum, non soli Deo quid promittendum. Votum enim est species cultûs divini, qui SOLIUS DEI. Claudicat ergò id, quod affers, proinde est *ἀνακόλουθον*, ac si dicas, redde, quæ sunt DEI, DEO. Ergò quicquid Cæsari dedisti, DEO eripuisti. Eripuisti, inquam, DEO, si uni & soli DEO, ut vota, pertinet, & Cæsari dedisti. 2 Scriptura non dicit: *Vovete Domino, & vovete Cæsari, vel sanctis*: nec dicit: *Redde altissimo* VOTA *tua*; *& redde Cæsari vel sanctis* VOTA *tua*: Sicuti Christus dixit, Matth. 22. v. 21. *Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo*: Quibus verbis Christus expresse innuit, quæ Dei sunt, non esse reddenda Cæsari, sed Deo, cui debetur. Sic Vota reddēda sunt Altissimo. Ergò non hominibus. Sanctos quod addis, *honorandos* esse, do; *religiosè colendos*, non. Indè honor Dei non violatur, quia honor soli Deo debitus iis

non.

non tribuitur. Jam vel tandem herbam das, votum VIX aliter, quàm *latreuticè* in sacris sumi, *imò nō* VIX, PHRYX eras, dum hęc scriptitabas, nō VIX, sed nunquam. Vide omnes Concordantias. Addis, *in sensu Biblico, & FORMALITER vota Sanctis non fieri, seu latreuticè, sed MATERIALITER, duleuticè, seu hyperduleuticè.* Resp. NULLATICÈ. Patrem sic loqui, adde librum & locum: erit respondendi occasio. Scholastici si dixerint, vota Sanctis etiam propriè, & formaliter fieri, nil præjudicari debere Ecclesiæ! Quin ergò vir esto, & te, de tuæ Apostasias ponte dejicere, ac orthodoxiæ subscribere sine. De professione votorum VERBA DAS: eos enim, qui apud tuos vovent, & sanctis se obligare, & vovere, quid tritiùs?

THESIS XVI.

DICIS I. *VOTA SANCTIS facta etiam ad* I. *Tabulam revocari, cum non sint cultus merè politicus, sed cum divinâ aliquâ ratione conveniant. Tam Deo enim, quàm Sanctis factam promissionem fieri intuitu sanctitatis, gloriæ, & beatitudinis illorum, ob tale autem motivum nullam fieri promissionem merè politicam.*

Resp. 1. Impium, imò blasphemum hoc! *Nil Sanctis cum primâ tabulâ*, Esa. 42. 8. 2. *Nil divini in votis his.* Sunt enim δεισιδαιμονία, ἐθελοθρησκεία. Hominum autem præceptis Deus in vanum colitur, Matth. 15. 9. *Ne in V. T. quidem licuit novum voti genus, extra* præscriptum excogitare; adde, quod vota tua S. S. ἀντιφαντικῶς sint *opposita*. 3. Gloria, sanctitas, &

beatitudo sanctorum & defunctorum conceditur; sed propterea vota ipsis nuncupanda esse, tum sequetur, quando Diabolus Orthodoxos calumniari desinet.

Dicis II. *Solum quidem Deum esse primarium, absolutum, & independentem adjutorem, ac liberatorem nostrum: aliorum tamen, inferioris ordinis* INTERCESSIONEM, *non autem primariam* OPEM *nos posse subinde implorare.* At quomodo intercedant, cum nostra facta in SPECIE, ac INDIVIDUO, *mea, tua, particularia* nesciant? Unus *item Mediator*, tàm *Redemptionis*, 1. Tim. 2. 5. quàm *Intercessionis*, 1. Joh. 2. v. 1. 2. 3. Roman. 8. Gal. 4. sit. Ergò *in duas partes claudicas.* AUT TOTUS, AUT NULLUS, *Axioma Dei est.* Sancti stant à parte Dei, verè dicis, at das ipsis honorem indebitum, imò & Apoc. 19. 21. ingratissimum offers, quantum in te, eum in duas partes miserè dilanias. Nullum huic vulneri pharmacon, etiam hanc rem olim benè doctus, addes, scio. Excipis Joh. 12. 26. Ubi ego sum, illic & Minister meus erit. Benè. At nō. qui cultus mihi, ille & Ministro meo exhibeatur. Dicis, at saltem δουλείας, vel ὑπερδουλείας, Deo soli λατρείας. At sic *nugivenda* es: & fabulosa est tua illa inter λατρείαν & δουλείαν distinctio in Scriptura non modò non approbata, sed & clarè refutata: vide suprà. Thes. 12.

Baalitae claudicàrunt in duas partes: Sic Pontificii claudicant, invocantes non S OLVM DEVM, *sed & Defunctos Sanctos. Licet enim, stent à parte Dei, tamen invocandi non sunt, nec volunt invocari.*

Κυρίῳ τῷ Θεῷ σου μόνῳ λατρεύσεις. Matt. 4. v. 10. οὐδεὶς δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν, Matthæi 6. v. 24.

Dicis III. *Illi tantùm vovendum* FORMALITER, *in quem credendum: non autem* MATERIALITER, *quoad votum inferioris ordinis. Nam & hos esse invocandos inferiori ordine, cùm spes & fiducia in Sanctos* NON SIT EJUSDEM RATIONIS, *cujus sit illa, quæ in*


Deum

Deum designatur, unius ejusdemq́; vocis ſæpe plures eſſe ſenſus: addis, Paul. aliàs peccâſſe, cui 2. Cor. 7. 4. multa fiducia; Philem. 22. & ſpes apud homines fuerit.

Reſp. Diſtinctio ſupra eſt diluta. Principium nimis craſsè petitur. Omnia vana, *centies* à noſtris protrita, pudet addere. 2. Dari fiduciam & ſpem homini (& hanc quidem nobiſcum vitam viventi) pro hujus vitæ modulo tribuendam, quis negat? emere oportet, quem tibi hic adverſari velis. De fiduciâ & ſpe, quoad cultum quendam religioſum, & divinum, quæſtio eſt. De *cæpis* quæſitus, de *alliis* reſpondes. *Forerus eſt Dillingæ, Ergò non eſt Calumniator!* Baculus ſtat in angulo. Nullum eſſe reale diſcrimen inter δουλείαν καὶ λατρείαν, agnovit jam dudum ipſe Pontificius Scriptor L. Valla, & Lud. Vives, Comment. ſuper libros Aug. de Civit. Dei. Oſtende reale diſcrimen ex Scripturâ: at vereor, ne hic ſis *rana Seriphia.* Regula juris eſt: *Ubi Lex non diſtinguit, ibi nec nobis diſtinguendum.*

Caput III.

Thesis XVII.



AIS, *AD BONA OPERA ſupererogationis licitum eſſe, ſe voto obſtringere. Quia ſit* Actus Religionis, *vel cultus divinus, quem exercere ſit licitum.* Majorem probas exemplo *Magorum*, Matth. 2. v. 11. Minorem ex Eſa. 19. v. 21. & hic Eſaiam prædixiſſe Chriſtianorum vota.

Sed ubi ſunt tua ſupererogationis opera.

Reſp. 1. Hebr. ita: *Et cognoſcetur Dominus ab Ægypto, & cognoſcent Ægyptii Dominum in die illâ, &*

 facient

facient Sacrificium, & *munus*, *&* VOVEBUNT *votum* DOMINO, & *reddent.* Usitata est Regula: Prophetæ verbis V.T. loquuntur de *cultu* SPIRITUALI N. T. (sicut Sacrificiorum, ascensûs in montem Sion, reditûs in Hierosolymam, mentionem faciunt, quibus nil aliud, quàm *spiritualia* N. T. beneficia describunt. 2. *Non omnia omninò vota, absolutè & simpliciter* in N. T, sunt prohibita. Distinguendum enim inter CEREMONIALIA, quæ erant unicè V. T. ut *Nazaræorum, Primitiarum*, *&c.* Leu. 27. 30. ea cum Sacerdotio Levitico in N. T. desierunt; & MORALIA vota, quæ præstantur de iis, quæ etiam sine voto, juxta Decalogi præceptum Deo debentur, ut sunt *vota fidei, invocationis, dilectionis, obedientiæ*, ad quæ homines ideò se voto obligabant, ut inconstantia humanæ voluntatis, hoc ceu vinculo, arctiùs constringeretur. At indè *absit opinio meriti.* Hæc eatenus manent, quatenus ipse Decalogus in N. T. adhuc manet. Tale fit in *Baptismo.* Præter id GENERALE, si *quis ad peccata cautius vitanda, veterem hominem arctius stringendum, ad vocationis officia diligentius expedienda*, speciale suscipiat, *sine opinione necessitatis, cultûs, meriti, satisfactionis, salvâ libertate Christianâ*, Gal. 5. 1. Col. 2. 20. & *sine scandalo*, damus. Loquitur ergò Esaias de votis, quæ munera quidem sunt, & hostiæ, sed *spirituales*, Ose. 13. Heb. 5. 1. *Sacrificia*, Amos 5. 22. sed *spiritualia.* Concludis autem (multis positis bonis operibus, quæ sacrificia dicantur, quæ refutatione non egent, partim enim vera sunt, partim ἄτοπα) *si vovere est religiosus actus, licitum id erit.* Resp. *Limito.* Si est religiosus, id est, si in N. T. habeat. 1. man-

mandatum, 2. *exemplum*, 3. *promissionem*, quæ omnia ἄγραφα. Vota enim religiosa, quæ cultum divinum constituunt, hodie sunt *abrogata: Politico-verò Ethica*, seu *non-religiosa*. 1. Ex *Libertate Christianâ*, 2. *fine bono*, 3. *extra cultum*, 4. propter externam, ut dictum, *Pædagogiam* suscepta, non damnamus. Vide Disp. 1. de votis, Thes. 12. 13. 14.

THESIS XVIII.

II. QUIA BONA OPERA SU*pererogationis ex se mala, & illicita non sunt, sed potiùs Deo grata esse cognoscantur. Ergò, per hoc, quod Deo per votum promittantur, non ea fieri mala, & illicita. Ergò, licitum esse ad opera talia se voto obstringere.* Antecedens de operibus bonis verum; de supererogatoriis falsum est: talia enim nulla sunt, & super non Ente suam opinionem fundat Forerus. 2. Consequens laborat. Res plures ex se malæ, & illicitæ non sunt: tamen, si *opinione alicujus cultûs*, vel *meriti*, sine *mandato*, *exemplo*, & promissione suscipiuntur, pessimæ fiunt. Subsume. Instas: *Promissio votis concepta est id, quo firma redditur voluntas in bono, ad honorem Dei, & propriam utilitatem spiritualem, proposito. Ergò, non est mala, & illicita.* Resp. Per se, & ex se, si adsit verbum mandati, exemplum, promissio, sciatque, ut ais, id esse Deo gratum. In hâc subsumptione aqua tibi hærebit. *Salta*, si vis, *in hâc rhodo*. Simile ductum à Deo, ad Principem, non valet. Ratio extat, Psalm. 50. v. 9. 10. 11. 12. 13. ALIO modo Deum honorare, & colere possumus, qui exprimitur, v. 14. sequente. Honor Dei promoven-

movendus semper, 1. Cor. 10. 31. *at hoc medio? Proba.* Promovetur ejus gloria, *si in præceptis Dei ambulaverimus*, Lev. 26. Deut. 28. ubi præceptum de talibus operibus *superarrogantiæ?*

THESIS XIX.

NEGAS I. *VOTA LIBERtati*, *Gal.* 5. 1. *Christianæ repugnare. Fieri quidem per ea hominem* SERVUM, *sed* DEI, *non* CARNIS, *aut* PECCATI. *Servire autem Deo, esse regnare: à servitio quidem peccati*, Rom. 6. 18. *non autem Dei nos esse liberatos.* II. *Æquè in matrimonio, ac in voto, esse obligationem, illam non tollere libertatem Christianam. Ergò nec hanc.* III. *Si votum repugnet libertati Christianæ, etiam votum aliquod speciale pædagogicum, ad peccata cautius vitanda, veterem hominem arctius constringendum, gloriam Dei, & hominum promovendam, ex spiritu discretionis, susceptum, repugnare.. Vota enim, quà obligatoria, non quà meritoria, & satisfactoria* (quod possimus excipere) *repugnare libertati Christianæ:* Paulum de *Lege veteri*, ac potissimùm de *Circumcisione* locutum esse, nil hoc ad vota Catholica.

Resp. ad I. Servi Dei sumus, in præceptis obligatoriis. At vota in N. T. non habent præceptum obligatorium, non *exemplum*, nisi *personale*, non promissionem. *In non-præceptis frustrà*, Matth. 15. 9. *colitur.* Ut ergò Ceremoniæ V. T. ita & vota, quæ erant potissimùm Ceremonialia, Libertati Christianæ repugnant.

Ad II. Non quævis (expressum verbum institutionis & mandatum, quod habet conjugium, Genes. 2.

neſ. 2. Matth. 19.) obligatio, ſed Ceremonialium (ut vota) Veteris, etiam in N. T. obligatio libertati Chriſtianæ repugnat. Elenchus hic laborat cauſa.

Ad III. Vota, quà NECESSARIò, non autem quà ARBITRARIè obligatoria, libertati Chriſtianæ repugnant. Illa vobis, hæc nobis, vota ſunt.

Ad IV. Speciei deſtructio probatur à deſtructione Generis. Si omnia Ceremonialia V. T. ſunt in N. T. abrogata. Ergò & Circumciſio. Ergò & vota. Ergò & illa. Ergò & iſta. Pregitzer hæc ſcribens *cerebrum* ſuum ubi habuerit, dico, in *capite*, at fortè tu in *calcaneo*.

THESIS XX.

NEGAS, *VOTA DE OPERIbus ſupererogationis emiſſa, quorum ſunt cultus, præceptum, ſed ſpontè ſuſcepta, ideò ſuperſtitioſa, quia David*, Pſal. 132. 1. *de extruendo templo, & Anna abſq; præcepto Deo votum voverint, cùm tamen & illud*, 2 Sam. 7. 3. 1. Par. 17. 1. & 13. hoc, 1. Sam. 1. v. 11. *Deo placuerit. Non ergò omne, carens præcepto, ſuperſtitioſum eſſe.* Reſp. Ad *Votum Davidis* quod attinet, ſcias tu Forer 1. quod nõ fuerit votum ſuperſtitioſum Pontificium. 2. Quod tu nondum ex Nathanis laudatione probâris, rectè feciſſe Davidem hoc vovendo. Cum enim David bona intentione cogitaret de ædificando Templo Dei, communicat hoc ſuum conſilium cum Nathane Concionatore aulico & Propheta, quid ipſi hâc in re videatur. Nathan, quia primo intuitu res videbatur laude digna, probat pro ſuo captu, *Deo non conſulto*, conſilium Regis: Et ut *Hieronymus* in Paraphraſi, 2. Sam. 7. ſcribit, *non ex*

Forer benè verſatus in Bibliis.

sermone Domini: Sed paulò pòst, ex dictamine Spiritus sancti, & revelationis divinæ, accipit *aliud responsum*, quod Oraculi loco defert ad Davidem: *Non ædificabis tu mihi domum ad habitandum*, 1. Paral. 17. v. 4. Et 1. Paral. 22. v. 7. 8. *Dixit David ad Salomonem: Fili mi*, VOLUNTATIS MEÆ FUIT, *ut ædificarem domum nomini Domini Dei mei.* SED *factus est sermo Domini ad me, dicens; Multum sanguinem effudisti, & plurima bella bellâsti*: NON POTERIS *ædificare domum nomini meo, tanto effuso sanguine coram me.* Et 1. Paral. 28. v. 2. 3. *Audite me, dicit David, fratres mei, & populus meus: cogitavi, ut ædificarem domum, in qua requiesceret arca fœderis Domini, & scabellum pedum Domini Dei nostri, & ad ædificandum omnia præparavi.* DEUS AUTEM DIXIT MIHI: NON ÆDIFICABIS DOMUM NOMINI MEO: EÒ, QUOD *sis Vir Bellator, & sanguinem fuderis.* Ex his vident *doctiores* Pontificii, quomodo Deus probârit intentionem Davidis: cujus votum, in sua, scil. Davidis Persona, rescindi voluit. *Forerus*, qui in Bibliis tanquam in Regione ignota versatur, scribit: *Votum hoc Davidis de extruendo templo, divinum cultum, & religionis actum fuisse, & neminem, nisi hæreticum dubitare: Davidem fecisse rectè, quia illud factum non solùm Nathan laudârit, sed etiam ipse Deus Davidi renuntiari jusserit, tàm pium illius animum, multis sibi muneribus esse compensandum.* Sed S. Scriptura in modò citatis locis refert: Nathanem probâsse consilium Davidis EX SE, & NON *ex sermone Domini.* 2. Deum aliud responsum dedisse, nimirùm: *Non ædificabis tu* (David) *mihi domum: Bellator es: multum effudisti sanguinem.* 3. Et quomodo fuit consilium

lium Davidis de extruendo Templo cultus divinus & Religionis ACTUS, cum Templum *ipso Actu*, non extruxerit, & intentio ipsius in ACTUM nunquam pervenerit? Quis jam hæreticus est? Cui jam credendum? *Mendaci Forero*, an Verbo Domini, quod est ipsa Veritas?

I I. Votum Annæ, 1. Sam. 1. v. 11. nihil habet commune cum Votis Monasticis. Nazaræorum enim ceremoniæ & vota habebant expressum Verbum Dei, & erant possibilia. Vota verò monastica nullo Dei Verbo nituntur, & sunt impia, quædam etiam impossibilia, &c. Ac etsi vota ceremonialia olim libera erant: Lege tamen Dei certus modus, norma & regula est constituta, ut non liceret pro arbitrio, sed secundum Verbi Dei præscriptum vovere. Quæ vota posteà Deus servari voluit, ne videretur rideri & contemni, nomenque suum in vanum assumptum. Excipis: *non omnes Ceremonias V. T. esse ablatas, sed eas tantùm, quæ Christum venturum significârint, vel à Mose instituta fuerint, quales vota non.* 1. *Votum non esse Ceremoniam Judaicam, quia etiam solâ mente votum possit concipi. Alias nonnullas etiam Christianis adhuc esse permissas, aliâs non licere nobis inclinare caput, tundere pectus, ad cœlum manus levare.* 2. *Vota ex* Esa. 19. 21. Psal. 76. 12. 1. Tim. 5. 12. (in quo duo loca Aug. citata) 3. *nos quædam vota admittere pædagogica. Qui ergò Judæos tantùm concernant?*

Resp. ad I. *implicas:* dicens, in 1. resp. *votum non esse Ceremoniam*, in 2. *esse Ceremoniam.* Concilia. Interim falsum, votum solâ mente posse concipi. Est enim *contra definitionem* à te supra datam.

Non enim tantùm in AFFECTU quodvis, sed & in EFFECTU, ipsoque præstando extrinsecus, quod voves, *opere*, consistit.

Ad II. Locum Esaiæ ad Christianos pertinere cum Augustino esto. Sed verbis Augustini virgam tibi tuisque scapulis compingis. Ait enim, *Quisquis*, quod POTEST voveat, non sitis pigri ad vovendum. NON *enim viribus vestris* IMPLEBITIS. Psal. 76. 12. loquitur de votis *legitimis*, deque iis, qui, *quod possunt*, *vovent*. Quid hoc ad tua VOTILLA NULLA? Possem vovere perpetuam castitatem? *Salomon non potuit*, *Sap.* 8. *& tu potes*. Ecce magis hîc, quàm Salomon! Locus 1. Tim. 5. 12. loquitur 1. non de promissione voti castitatis, quia statim addit: *Volo juniores nubere, liberos gignere, domum administrare*. Et 1. Cor. 7. *melius est nubere, quàm uri*, unde non vult ulli *laqueum* injicere. 2. Si intelligeret votum castitatis, illud non PRIMAM, sed potiùs SECUNDAM fidem nominare debuisset. Ergò intelligit *pactum*, quod *in Baptismo* iniri solet. 3. Cùm autem primum non soleat dici, nisi in respectu ad secundum, & Paulus non expresse secundæ fidei meminerit: non dubium est, quin ad secundam quoque respiciat, quæ solet præstari, cum quis ad *publica officia* vocatur, ut ibi fidelis sit. Nervus Pauli est: Juniores viduæ non sunt eligendæ in Ministerium Ecclesiasticum, quia saginatæ Ecclesiasticis facultatibus, solent lascivire, scortari, adeoque eam fidem, quam primam Christo in Baptismo dederunt, violare. Quòd si autem non servant primam, quam Deo, quomodo secundam, quam hominibus dederunt?

runt? Ad III. Vocabulum est æquivocum. Distingue. Et in portu eris.

THESIS XXI.

AD MATTH. 15. 9. RESPONdes: *Reprehendi doctrinas, & mandata hominum, divinis præceptis* (ex v. 3.) CONTRARIA, *qualis doctrina Catholicorum de votis non sit. Nec 2. tantùm esse doctrinam hominum, sed Dei*, Matth. 19. v. 13. 21. 3. *Sic & vota quædam pædagogica specialia à nobis concessa talia fore.*

Ad 1. Resp. *Omnis plantatio, quam non plantavit Pater meus Cœlestis, eradicabitur*, Matth. 15. v. 13. sive ergò PRÆTER, sive CONTRA doctrinam sit, talis est plantatio. Ergò est quoque contraria. Conjugii institutio impugnatur â votis Pontificiis. Conjugii institutio est verbum Dei, Gen. 2. Matth. 19. Distinguis hic personas, at scias: Omnes dono continentiæ non præditos obligare. Ad 2. & 3. supra prompta est responsio.

THESIS XXII.

AD COLOSS. 2. 22. EXCIpis I. Per ἐθελοθρησκείαν simulatam religionem, actiones nec à Deo præceptas, nec commendatas, & approbatas, quæ ex naturâ suâ, materia cultûs non sint, sed res inanes, & tamen ab aliquibus usurpantur, quasi essent cultus, ut certus numerus lotionum Judaicarum, Turcicarum. Nil autem hæc ad vota, quæ licet non sint *præcepta*, esse tamen, Matth. 19. *approbata, commendata*. Bellarmin. II. *Observantias legales*, jam anti-

quatas, ut, abſtinentia à certis cibis, & potu, obſervatio ſtatutorum, imaginum, & dierum, ad quas ſub authoritate Legis, Coloſſenſes jam converſi, à quibuſdam coacti fuêre, ideò addere: Nemo vos judicet, &c. III. Antiquos Patres per Religionem Angelorum intelligere Idololatricum quendam cultum, quem ſive *Judæi*, ſive *Simoniani*, ſive *Cerinthiani* hęretici, *Angelis*, tanquam fabricatoribus mundi exhibuerunt, dicentes interim, Chriſtum nec Dei filium, nec Angelis præferendum eſſe.

Concludis: Veteratoriè aut ſtolidè hunc locum contra vota veſtra nos producere. Quid enim vota ad obſervationes legales, & Judaicas, quæ erant umbra, & figuræ Chriſti?

THESIS XXIII.

IV. ΕΘΕΛΟΘΡΗΣΚΕΙ'ΑΝ NON in *malam*, ſed *bonam partem* ſumi, pro ſollicito ſtudio cultûs divini, non ſecus, ac Act. 17. 22. hoc ſenſu ſpontanei cultus habent quidem rationem ſapientiæ, ſi ſuſcipiantur non animo ſatisfaciendi Legi Judaicæ; ſed ex ſpontaneâ devotione, & in HUMILITATE, & non ad parcendum corpori, &c.

Reſp. I. *γενικῶς*, neceſſariam ciborum obſervationem, ut 1. *Leviticam*, 2. *Ethnicam*, 3 *Hæreticam, Tatianorum, & Encratitarum, & 4. etiam Papiſticam* hic perſtringi, patet, quia & apud Pontificios, ſtatis diebus eſus carnium, & lacticiniorum ſuperſtitiosè, & quidem ſub opinione graviſſimi peccati, prohibetur, ex ſuperſtitione cultûs, atque

meri-

meriti gratia, ex voto, aut satisfactionis opinione. Et hæc Papistica abstinentia tollit libertatem Christianam, usum, & esum ciborum, vulnerat conscientias, superbiam generat, & contemptum aliorum. 2. Εἰδικῶς ad 1. Non tantùm (species illæ) lotiones Judaicæ, Turcicæ, &c. sed omnes cultus divini fictitii extra, & præter verbum Dei suscepti prohibentur. Duo enim facit Apostolus hoc capite. 1. dehortatur. 2. hortatur.

Dehortatur v. 4. *Nemo vos decipiat in sublimitate sermonum*, v. 8. *Videte, ne quis vos decipiat per Philosophiam, & inanem fallaciam, secundùm* TRADITIONEM HOMINUM, *secundùm Elementa mundi, & non secundùm Christum*, v. 16. *Nemo ergò vos judicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, aut Neomeniæ, aut Sabbathorum, quæ sunt umbra futurorum: corpus autem Christi*, v. 18. *Nemo vos seducat in humilitate, & religione angelorum*, v. 20. *Si ergò mortui estis cum Christo ab Elementis hujus mundi, quid adhuc tanquam viventes in mundo decernitis?* v. 21. 22. *Ne tetigeritis, neq; gustaveritis, neq; contrectaveritis, quæ sunt omnia in interitum ipso abusu, secundùm præcepta, & doctrinas hominum*, v. 23. *quæ sunt rationem quidem habentia sapientiæ, in superstitione, & humilitate, & non ad parcendum corpori, non in honore aliquo ad saturitatem carnis.* Hortatur v. 1. & 2. ad unius & solius Christi agnitionem, utpote in quo uno, & solo vera v. 3. sapientia. v. 6. *Sicut ergò accepistis Christum Jesum Dominum nostrum*, IN IPSO *ambulate, radicati, & superædificati in ipso*, v. 7. *& confirmati in fide*, SICUT ET DIDICISTIS, *abundantes in illo, in gratiarum actione*, v. 10. *estis in illo repleti, &c.* Hinc

patet

patet loqui *de omni genere divinorum cultuum ἀγράφων*, eosque vocat *traditiones humanas*, & *Elementa mundi*, quia nullo expresso verbo divino, præceptové nituntur. Qualia Pontificiorum vota sunt. Excipis; at Christum consuluisse, Matth. 19. Monstra, si potes, consilium esse, non præceptum: & ad id supra responsum.

Ad II. Admittimus in TANTUM, non in TOTUM. In tantum: quod loquatur quidem de observantiis legalibus jam antiquatis, abstinentiâ à cibis, & potu; observatione dierum: at non in TOTUM. De omni enim cultu ἀγράφῳ loquitur. Et posito, Paulum de iis tantùm loqui; annon viva hæc Pontificiorum Idea est? annon habent abstinentiam ciborum certorum, & electionem festorum?

Ad III. Religio angelorum simpliciter sanctitas est fictitia angelica, quam ejusmodi cultuum divinorum incrustatores affectant.

THESIS XXIV.

Coloss. 2. AD IV. NEGANDO. PAULUS toto cap. 2. occupatus est in hortando, dehortando, suadendo, dissuadendo. Arg. à quo Paulus dehortatur, id nō venire potest nomine boni: sed ab ἐθελοθρησκεία, &c. Locus Actor. 17. 22. nil pro te, ut qui prorsùs nihil ad rem: D. Reihingio, *nec nova, nec vetera placere, contra illud Christi*, Matth. 13. v. 52. *Omnis Scriba doctus ad regnum Cœlorum similis est homini patrifamiliâs, qui depromit è thesauro suo nova & vetera*; Veritas Foreriana, seu, mendacium & calumnia est. Christus enim Matth. 13. vult, ut Aposto-

Apostata Forer. D. Reihingium iniuste crimina.

li &

lli & omnes Orthodoxi Ministri, scientia & cognitione rerum Theologicarum sint instructi, ut non ipsi tantùm mysteria Regni cœlestis teneant, sed etiam ad informationem aliorum ex illo cordis sui thesauro proferre valeant, & quidem præcipuas illas doctrinæ revelatæ partes, *Legem & Evangelium* debito modo, discrimine, debita quoque junctura & mixtura, proponere, ut *ex Lege* quidem *vetera*, *ex Evangelio autem nova* depromant. Chrysostomus in hæc verba Christi, Matth. 13. sic scribit: *Vides, quomodo* VETUS TESTAMENTUM *non ejicit, sed laudibus effert, &* THESAURUM *appellat? Quare qui* DIVINARUM *Scripturarum imperiti* (uti *Forerus*, & alii fratres ipsius ignorantiæ) *sunt, non erunt hi certè patresfamiliâs: qui cùm nec à seipsis habent, quærere indignum putant, sed negligenter vivendo inedia depereunt. Non autem hi solùm, verùm etiam* HÆRETICI *expertes sunt hujus beatificationis, quia non possunt emittere nova & vetera: nam cùm vetera non teneant, nova credere non possunt: sicut è contrà, qui nova non habent, hi veteribus penitùs carent: hæc enim inter se magno juncta & connexa vinculo sunt. Audiamus igitur, audiamus quicunque* SCRIPTURARUM *lectionem negligimus, quantum damnum, quantam inopiam patiamur.* Hæc vetera & nova, Vetus & Nov. Testamentum, Legem & Evangelium, explicas tu Forer ἀπαιδεύτως & ineptissimè de S. Patrum antiqua explicatione, de observantiis Judaicis, &c. & de nova tua & tuorum Scripturæ corruptione. *Hæc* tua vetera & nova displicent D. Reihingio, & cuilibet Christiano; minimè verò *illa* vetera & nova, de quibus Christus, Matth. 13.

tur: mirabilis S. Scriptura interpres.

Applica Forer ad te & tuos.

v. 52. Tu ergò II. *Forere* peſſimum tuæ ſectæ & Idolodoliæ patronum agis, & Pontificiam cauſam proprio confodis gladio. Dependere enim vis tuam Religionem ab explicatione venerandæ antiquitatis, per quam intelligis non S. Patriarchas, non S. Prophetas Domini, ſed *Scriptores Eccleſiaſticos*, qui certè & ipſi, ut tuis loquar verbis, canitie ipſum Mathuſalem non vincunt. Sic tu *Forer*, & *non D. Reihingius*, es novitiæ fidei ipſe noviſſimus novitius. Habet enim per Dei gratiam D. Reihingius nobiſcum *Religionem & Fidem omnium, omnium, omnium omnium* ANTIQUISSIMAM, *quàm ipſe Deus tradidit in Paradiſo*, Geneſ. 3. v. 15. antequam ullus Scriptor Eccleſiaſticus, vel ullus Pontificius homo in rerum natura erat: per eandem fidem ſalvati ſunt Patriarchæ, Prophetæ, pij Reges, &c. per eandem credimus & nos ſalvari, quemadmodum & illi, Act. 15. 11. Oſtendit tibi D. Reihing è veteribus Scriptorem *Theodoretum*, qui lutheranè ſeu orthodoxè Caput 2. ad Coloſſ. expoſuerit, id quod & *Cornelius à Lapide* Jeſuita fateatur & conſentiat, ad quod nihil reſpondes. Chryſoſtomus in c. 2. ad Coloſſ. verſ. 16. 17. ſic ſcribit: *Quoniam* OMNIS SPES *in Chriſto eſt ac fiducia, nulli ſuperſtitioni aut Legi ſubjacere nos debere præcepit. Quamobrem perſtrepentes, aut aliquid quod ad fidem Chriſti non pertinet ſuſurrantes, contemnendos: iſtum autem* SOLUM *ſequendum, per quem devicta mors eſt, & reddita reſurrectio mortuorum &c.* Quid hoc Forere? An non hoc ſcriptum & dictum orthodoxè, ſeu, ut tu vocas Lutheranè, imò Lutheraniſſimè contra vos Pontificios: OMNEM *ſcilicet* SPEM *& fiduciam* *eſſe in*

Si Forer CANCELLARIUS tam malè defendit Pontificios, quid de reliquis ſentiendum?

Noſtra Evangelica Religio & doctrina eſt omnium antiquiſſima.

esse in Christo: nos nulli superstitioni subjacere debere: perstrepentes, aut aliquid quod ad fidem Christi non pertinet, susurrantes, contemnendos: Christum SOLUM *sequendum:* Et in v. 23. *Hinc se sapientiæ rationem habere* PUTANT, *quia* TRADITIONI HUMANÆ *nomen Religionis applicant, ut Religio appelletur, cùm sit* SACRILEGIUM: *quia quod contra authorem est, sacrilega mente inventum est, &c.* III. Lutheri Doctrina *non* fuit *nova*, ac si non tradita fuisset multò antè à Prophetis, à Christo & ab Apostolis; sed nova fuit tempore Lutheri hominibus, quibus ille Evangelium annuntiabat, qui antea nil nisi *nugas Pontificias, & Traditiones humanas* audierant: Ex quibus neque consolationem, neque doctrinam utilem & salutarem ullam haurire poterant. His, his, inquam, hominibus erat res nova, Concio Evangelii de Christo, via salutis nostræ unica, veritate & vita; quam audiverunt ex Luthero, & antea ex nullo Pontificio Sacerdote vel Doctore tàm purè & sincerè audire potuerant. IV. Tibi rursus contradicis miserande Forer. In prima enim tua responsione scribis, D. Reihingio nec *nova*, nec vetera, hoc est, te interprete, nec S. Patrum antiquam explicationem de observantiis Iudaicis, &c. nec recentiorum explicationem placere. In hac verò 4. responsione *negas*, Turriani explicationem esse *novam*, cùm sit deducta ex Magnete vetustissimo Scriptore, aliisque nonnullis Patribus Græcis. Si ergò *nulla explicatio* Loci Paulini est *nova*, sed *omnis antiqua* ex vetustissimis Patribus & Scriptoribus; quomodo D. Reihingio potest *nova* (quæ nulla est) displicere? Tu potes nihil, & non Ens, de-

promere, & vocare pro acumine tuo vel novum, vel vetus. 2. sive verò Dicti Paulini explicationem Pontificiam dicas novam, sive veterem; nova illa, falsa, & S. Scripturæ ignota & contraria est.

Thesis XXV.

EX HENRICO STEPHAno & Justiniano probas, ἐθελοθρησκείαν sumi quoque in bonam partem, pro spontaneo cultu, sed vero. Resp. 1. Nil facis. Detur, aliquando ita sumi, non tamen sequetur. Ergo, & hîc; sed transeat hæc responsio, formam saltem tui Argumenti concernens: Ad materiam. II. Detur, ita sumi in sensu politico & Ecclesiastico, non autem, quod D. Reihingius voluit, in sensu, ubi omne spontaneum est rejectitium, Biblico. III. Fulmine Concilii Tridentini feriendus es, qui à tua vulgatâ recedis. Vulgata ἐθελοθρησκείαν vertit per *Superstitionem*. Ergò in malam partem accepit. IV. Syrus ἐθελοθρησκείαν vertit per affectum summissionis, ut plurimùm enim superstitiosuli extremè se submittunt & humiliant, ut Exemplo Achatz, Esai. 7. & Pharisæorum, Matth. 6. & 23. videre est. V. Θρησκείαν quidem esse, Genus ad verum Jacob. 1. v. ult. & falsum, Coloss. 2.18. Numinis cultum, ceu ad suas Species, sicut Oratio ad veram & falsam, do: de ἐθελοθρησκείᾳ nego. VI. Heinricus Stephanus (exscribam fide, non Jesuwitica, Forero in quarto modo propria, eoque digna, sed bona) sic habet: ἐθελοθρησκεία, *voluntarius cultus, cultus divinus, vel religio, quam sibi quis spontè seu arbitratu suo delegit*, vel, *certi ri-*

tus cultûs divini, quos spontè quis amplexus est, seu quibus se dedidit. Exponitur & superstitio. Quomodo autem locus noster, Coloss. 2. controversus, exponendus sit, statim immediatè sequentibus verbis declarat, nempè non in bonam, sed malam partem. Veritatis Candidatus inspiciat & videbit. Benedictus Justinianus, quem citas, ἐθελοθρησκείαν vertit *cultum voluntarium*, & animi submissionem, pag. 330. b. at indè sequi, eam in bonam partem sumendam esse, nego, in malam verò & sumi, & debere sumi, docere te potuit Joannes à Gorcum, Presbyter, in Novum Testamentum, Anno 1619. edito scripto, ubi agit abbreviatorem Cornelii à lapide, ἐθελοθρησκείαν, expresse *observantiam superstitiosi cultus* interpretatur, & iis, quid eam observant, æternam damnationem afferre contendit.

THESIS XXVI.

HIC SIMONEM TUUM defendis & *Apostatarum proprium*, Ex Prov. 6. v. 19. D. Reihingio impingis. ACUTÈ! Hebræa verba sunt: *Homo Belial, vel, iniquitatis, ambulans perversitate oris, 13. annuens in oculis suis, loquens in pedibus suis, docens in digitis suis, 14. perversitates in corde ejus, fabricans malum in omni tempore contentiones mittet, 19. Efflabit mendacia, testis falsitatis, & mittens dissidia inter fratres:* Nil hic 1. de *Apostatis*, sed in *communi*, *omnibus* MALIS *Viris*, ADULTERIS, & falsariis. 2. Licet ageret de Apostatis, quod non est, tamen Reihingum Apostatam esse, proba. III. Te verò olim JUVENEM *alterius Religionis*, PHARMACOPOLAM, jam Cacodoxum, adeoque Apostatam

Homo Apostata vir inutilis, &c. pravo corde machinatur malum, & omni tempore iurgia seminat. Hanc Maiorem ponit ipse Forer, Thesi 26. Sed Forer est homo Apostata. Fuit enim Pharmacopola Evangelicus, quod, licet alias sit sine fronte, negare non potest, vel audet. Ergò Forer est vir inutilis, &c. pravo corde machinatur malum, & omni tempore iurgia seminat. Quid Resp.? Conceditur totum Argumentum.

esse dicimus. *Qui, quæ vult, dicit, quæ non vult, audiet* Ad ea quibus D. Reihingum criminis falsi arguis' replico: ad I. *Sanctitas vitæ* & *morum*, non est nota veræ Ecclesiæ, est enim *externa*, imò *hypocritica*, quam hodiè *Anabapt. Schvvenckf. Wigeliani*, olim *Cathari*, *Donatistæ*, & jam *Photin.* urgent. Ergò, si in Symb. Lutherano sanctitatem doctrinæ non voluisti, negamus minorem, si autem voluisti, negamus majorem, & minorem omnibus hypocritis tecum communem, concedimus. Ad II. De Differentia ex circumstantia temporis; an laquei Lutherani PROTHEI istius VITULI priores, an Stengelii laquei Diabolici priores illis fuerint. Non est, ut ideò *rumpas tuos ramices*, uterque *conceperunt laborem, & pepererunt iniquitatem, ova aspidum ruperunt* & *telas araneæ texuerunt*, *qui comederit de ovis eorum*, *morietur & quod confotum est erumpet in regulum. Telæ eorum*, *non erunt in vestimentum*, *neq; operientur operibus suis opera eorum*, *opera inutilia*, & *opus iniquitatis in manibus eorum*, Esa. 59. v. 4. 5. 6. CHARTAS PIPERI TUO PRÆPARANDAS EFFICEREMUS. Ad III. Imò supra satis questus es de loco, Col. 2. à nobis pessimè adducto. Cum autem locus Esaiæ illi planè conformis sit, ansam calumniandi quæris. Vetus cantilena vestra nonne est, nos divinas cum humanis traditionibus, ut vel ex uno Becano patet confundere; At inquis Forero hoc affingitur, quod non habet. At quæso te per tuam conscientiam, annón idem cum hoc vel illo sentias, licet non expressè: nescio, ergò cur scripseris talia, quasi pro tuis non agnosceres.

NB.

THI-

THESIS XXVII.

JAM AD THEODORETUM, pro tua ex Coloss. 2.23. obtinenda Helena procedis. Ais, Theodoretum è diametro nobis adversari, qui sanctorum cultum ac invocationem non modò approbet, sed & eorum opem ipse imploret, Tom. 2. operum Theodoreti. Resp. Non *novum*, nec *insolens Patres sibi contradicere. Transeant ergò ii*, & *sola Scriptura maneat, cœlum & terra peribunt*, Luc. 21. *verba autem Dei non, ne apex quidem*, *Matth.* 5. Augustinus ait, *se nec Cypriani, nec aliorum quorumcunque Scriptorum Ecclesiasticorum authoritate teneri.*

THESIS XXVIII. XXIX.

IN THESI 28. probare vis. *MARTYres*, Thes. autem 29. ex Theodoreto, etiam *Angelos* invocandos esse, lib. 3. de Diis & Angelis paulò ante finem. At *detractis tuis inspersis glossis, omnia optima sunt*, ait: NON DIVINO CULTU EAS (*Angelicas potestates*) VENERAMUR (quod *infarcis latriam, & dulia contradistinguis*, supra explosi) Nec sequitur: *Angeli pluris sunt faciendi, quàm homines, & homines, sunt adorandi, & invocandi* ut & *Martyres*, Thes. 28. Ergò, & *Angeli*, quid enim ex antecedente falso aliud, nisi falsum consequens eliciatur? Alter locus est in Genes. c. 3. at *damus* singulos homines subesse singulorum Angelorum imperio, ita tamen, ut simul Angeli ipsorum CONSERVI sint, Apoc. 19. 20. c. 22. 9. ipsorum *Administratorii Spiritus*, Heb. 1. 14. *manibus suis eos portantes*, Psal. 91. v. 12.

castra

castra metantes in circuitu timentium Deum, & eos eripientes, Psal. 34. 8. Et eam ipsam ob causam, Apoc. 19. 20. c. 22. 9. non sunt adorandi. Aliâs enim *Parentes à filiis, Magistratus à subditis, Praeceptores à Discipulis adorandi erunt.* Tertius est in Dan. c. 10. at frustrà; Nil contra nos. Vide & Fides.

THESIS XXX.

NEGAS *ANGELORUM* ET *Sanctorum invocationem* Papisticam, Col. 2. perstringi, frustraq; Reihingum Cornelii, & Theodoreti cōsensum jactare. VERBIS quidem esse consensum Cornelii, non RE, quia *fictam* tantùm *humilitatem* ac *superstitiosum Idololatricumq;* Angelorum cultum damnet. Resp. At talis ipse Pontificiorum est, ut alibi probatum. *Concilium Laodicense non damnare duliae cultum Angelis, citra contemptum Christi exhibitum, ex Canone* 34. *&* 51. *quia recipiat & decernat cultum verorum Martyrum, damnetq; cultum Pseudo-Martyrum haereticorum. A minori ad majus, si Martyres, multò magis Angelos ita colendos esse. Theodoretum ergò cum Concilio hoc latriam, non duliam, damnare. Illam sive à Simone Mago sive Cerintho, aliove in contemptum Christi introductam ad Coloss. damnari.* Insolubilia ais argumēta esse in Cornelio, Justiniano, in c. 2. ad Coloss. Baron. Tom. 1. Annal. Anno Christi 60. At quid divino Scripturae *peplo* istiusmodi *lacinias assuis?* ipse, quem citas THEODORETUS *nihil audet dicere, quod tacuit Scriptura. Damascenus nihil quaerit, quàm quae tradita sunt per Apostolos & Prophetas.* BASILIUS MAGNUS *crimen arrogantiae, & infidelitatis nuncupat, rejicere,*

rejicere, quod scriptum non est, de Confess. fidei Homil. in c. 10. Joan. CHRYSOSTOMO *fures sunt, qui Scriptura non utuntur.* THEOPH. ALEXANDRINUS ait, *Diabolici Spiritus est, extra sacrarum Scripturarum autoritatem, divinum aliquid putare.*

THESIS XXXI.

RESP. *TEMPLA EXTRUEre, in Sanctorum honorem, damnavit olim Ecclesia.* August. contra Maxim. Arianorum Episcop. lib. 1. num. 11. Nonne, si Templum alicui sancto Angelo excellentissimo, de lignis & lapidibus faceremus, anathematizaremur à veritate Christi, & ab Ecclesia Dei, quoniam creaturæ exhiberemus eam servitutem, quæ uni tantùm debetur Deo. Excipis: *Vos templa non ad sanctos, sed ad Deum referre.* Resp. Protestatio facto contraria. Cur in templorum suorum dedicatione, non in Dei, sed honorem sanctorum ea TUI consecrant, non Dei, sed nomine sanctorum appellantur, imò patroni templorum suorum & oppidorum etiam dicuntur.

CAPUT IV.

THESIS. XXXII.

PROBARE CONARIS *VOtorum persolutionem per hoc, quod fiat cum opinione, seu intentione merendi vitam æternam, non reddi illicitam.* Nervus est, *Vota Deò vovere, & persolvere* (qui est actus religionis & cultus divini) *secundum se est aliâs bonum, nullaq; fœdatum malitia. Ergò per hoc*

solum, quod fit cum opinione, seu intentione merendi vitam æternam, illi promissam, non sit illicitum, dummodò vera fide & gratiâ divinâ simus præditi. Resp. 1. Antecedens falsissimum: quòd accedente alia, quàm divinitùs constituta intentione, res coram Deo nihilominùs grata permaneat. Exemplo res clara: Ephod, vestem Sacerdotalem magnifico sumptu conficere, res in se, & secundum se aliâs erat bona, nullaque malitia fœdata, fiebat bona intentione, in veri Dei Israelis honorem, & tamen per hoc solum, quod fiebat nullo præcepto divino, sed cum opinione, seu intentione aliquid merendi, *fornicatus dicitur esse in eo Israel omnis*, & *factum est Gedeon, & omni domui ejus in ruinam*, Judic. 8. Ita dicunt quidem Mich. 6. Hypocritæ, *quid dignum offeram Domino, curvabo genua Deo excelso, nunquid offeram ei holocaustomata & vitulos anniculos?* Hoc secundum se erat opus aliâs bonum, nullaque fœdatum malitia, tamen respondet Propheta: *Nunquid placari potest Dominus in millibus arietum?* Et cum Hypocritæ pergerent, dicentes: *Nunquid dabo primogenitum meum pro scelere meo, fructum ventris mei pro peccato animæ meæ?* at respondet Deus, *non sibi, sed dæmoniis oblatos filios & filias*, Psal. 106. Huc spectat Historia, Exod. 32. Non enim est verus Deus, qui cultibus humana industria excogitatis, coli velit, sed Idolum est, adeoque 1. Cor. 8. nihil, & cordis humani figmentum, verus enim Deus non aliter, quàm in verbo suo præscriptum est, colitur. Optimè Aug. quæst. super Jos. cap. 3. *Propheta sanctus Josua in cordibus eorum esse cernebat*, COGITATIONES DE DEO ALIENAS à DEO, *& ipsas*

& ipsas admonebat auferri, quisquis enim talem cogitat Deum, qualis non est Deus, alienum Deum utiq; falsum in cogitatione postulat. Undè Propheta inquit Esai. 2. *repleta est terra Idolis.* Loquitur autem de Judæis, tempore adventus Messiæ in carnem, id tamen nec de Jovis, nec Caligulæ statua potest intelligi. His enim terra non est repleta, nec has Judæi adoraverunt, sed execrati sunt, & mori satius esse dixerunt, quàm eas admittere; sed loquitur de operibus, quæ faciebant Pharisæi, in quibus fiduciam collocabant. At sequelam tuam etiam vis probare. 1. ex absurdo, *aliâs* (inquis) *errâsset Christus, cùm nos ad bona opera hortatus est, intuitu talis* MERCEDIS, Luc. 10. *quod de Eleemosynis, æterna vita intuitu, fovendis Chrys. explicet.* Resp. 1. De Chrysostomo, non nudè videndum quomodo, sed an ad mentem Christi explicet. 2. Non continuò sequitur, licere intueri mercedem æternam DEBITAM: Quin eam non esse debitum operum suprà satis inculcatum, Luc. 17. 3. Nos saltem vult Christus, ab iniqui illius Oeconomi Exemplo admonere, ut amicos faciamus ex nostris divitiis, ut in pauperes benefici ac largi simus, & sicut ille amicos paravit, eum, si gratia excideret, recepturos, ita & nos crebris Eleemosynis, qui dispensatione nostra per sanctos (nil enim nisi dispensatores sumus) in tabernacula æterna suscipiant. Cum etiam poculum frigidæ mercedem suam in vita æterna, non autem ipsam vitam æternam, habiturum sit. AMICI igitur hîc, pauperes, qui simul & probi: TABERNACULA, vita æterna. Sancti autem recipiunt nos ad societatem vitæ æternæ, *non ut ejus authores, vel largitores, sed ut testes*

nostræ beneficentiæ, & reliquorum operum: quibus fidem nostram declaravimus. Adducis quoque locum, Matth. 6. v. 33. Quærite primùm Regnum Dei, &c. (non cap. 7. 34, ut tu citas) sed hic nihil pro intuitu mercedis æternæ, sed per hæc OMNIA, intelliguntur omnia ΒΙΩΤΙΚΑ', *temporalia bona*, de quibus ibi agitur. Sin acquisitionem Regni Dei ex mercede obvenire dicis, multò es absurdior. Quomodo enim docebis, hanc sequelam: Quærite: Ergò, ex mercede quærite? Eodem c. v. 1. adducis at frustra, *prohibet hypocriticam Eleemosynæ largitionem, veram autem Eleemosynæ largitionem mercedem habere nemo negat*, non autem *debitam*, ex proportione nostrorum meritorum, & propriè sic dictam, quæ notat compensationem laboris, secundum proportionem debitā & adæquatam, ut, cum operario pro labore suo datur merces, sed *indebitam & gratuitam*, (cùm certum sit, bona pro Eleemosynæ compensatione data, esse æterna, Eleemosynam autem aliquid temporale) quæ alibi dicitur *χάρις*, gratia, *χάρισμα καὶ δῶρον*, Psal. 127. 3. Hinc quod Matthæi 6. 1. dicitur merces, id, Luc. 6. 32. *χάρις* dicitur. II. Tuam sequelam probas exemplo Mosis retributionis, Heb. 11. 26. & Davidis, Psal. 119. 112. at nulla sequela, Moses enim non respexit, ut Mercenarius in mercedem debitam, sed ut filius in remunerationem gratis promissam. Davidis exemplum ad circirculum recurrit. Est enim vitium Versionis Latinæ vulgatæ. In Heb. non est retributionem, sed לְעוֹלָם עֵקֶב in sæculum sæculi. Adjungis rationem, sed claudicantem: Nullo præcepto divino, aut humano

mano utique repugnat, ut laborans mercedem ſuis laboribus debitam (dignus enim eſt operarius mercede ſua) ſecundariò reſpiciat, atque ob ſpem de illa acquirenda gaudeat, debet enim eſſe proportio inter mercedem & laborem, adeoque operario datur merces debita, hucuſq; tu. Reſp. At opera noſtra talia non ſunt, ut mercedem debitam mereantur, ut ſuprà: Ergò nil concludis. Hinc ſolvuntur Argum. quæ adducis, Matth. 5. v. 12. qui locus loquitur de mercede indebita, gratuitâ, 1. Cor. 9. v. 10. agit enim de ſpe & fructu non vitæ æternæ, ſed ſalarii, pro Miniſterii laboribus, v. 24. non enim reſpicit intuitum mercedis debitæ, ſed benedictionis & hæreditatis gratuitæ, Joh. Epiſt. 2. 8. itidem. Occupas: *qui principaliter, non autem, qui minus principaliter finem reſpicit, ſolum*, Johan. 10. 12. Matth. 20. 20. *reprehendi, illud, non hoc, in noſtro labore prohiberi.* At concedimus de mercede ſecundum gratiam, Roman. 4. non de mercede ſecundum debitum. Hanc diſtinctionem infringere debuiſſes, non ita prolixè per duas paginas deblaterare; Et quaſi non uterq; & principaliter, & minùs principaliter, finem reſpiciens, tamen finem illum reſpiceret: quo ſtante, uterque hypocrita eſt. At *Auguſtinum, ceu Gorgonis caput opponis*, PROPTER *vitam æternam bonum eſſe opus tacendum, dicentem.* Reſp. Benè. At ſaltem ſecundariò. Non propter vitam æternam meritis debitam, ſed gratuitò promiſſam. Et quidem eo ipſo fine tacendum eſt opus aliquid, ne videamur illud pro merito habere aut jactare. I nunc, & ante victoriam ἐπινίκιον cane. Infringe, infringe prius

Apoſtata Paulinam diſtinctionem, & pòſt nos hæreticos voca: ſi vir es, ſi candidus es.

Thesis XXXIII.

IDEM TIBI RESPONSI habeas ad loca Matth. 5. v. 12. c.19.27.cap.25.34. 1. Tim. 4. v. 8. neque enim negamus, quod benè operantibus promittatur Retributio IN vita æterna, ut gratuita merces, ſed 1. non ipſam vitam æternam. 2. Opera bona recenſentûr, de electis, qui vitæ æternæ Poſſeſſores pronunciantur, NON PROPTER illa, ſed *ſecundum* bona opera: hoc eſt, quia ad antegreſſam verã fidem, à poſteriore fit progreſſus in argumentando, tanquàm à fidei juſtificantis fructibus: 3. Ut merces indebita, Rom. 4. ſi aperuiſſes hirquos tuos, nos non malitia excæcatos eſſe dixiſſes.

Thesis XXXIV.

HIC 3. FORMAS NOSTRA argum. ad quæ reſpondes.

Thesis XXXV.

AD 1. EX ROM. 6. 23. CAP. 11. 6. æterna vita datur nobis ex gratiâ, ergò non ex merito, ais, *dari ex gratiâ quidem*, REMOTè, *ac radicaliter, à Deo proximè, & ſub alia cõditione ex merito, quæ non ſint ἀσύστατα.* Reſp. 1. Oppoſitio Paulina nimis, nimis eſt clara: ſi ullo, ullo, ullo modo ex operibus, ſive jam formaliter, ſive fundamentaliter & radi-

radicaliter, sive propinquè, sive remotè, non est ex gratia: At est, fuit, eritque ex gratia Rom. 6. v. 23. Ephes. 2. 8. Tit. 3. 5. Ergò. II. Ergò futilis & à Romanistis excogitata est distinctio inter primam gratiam justificantem, quæ sit gratuita, & secundam, quæ meritoria, ut illa habitualis, hæc actualis sit. Remuneratur enim Deus fidem, opera, passiones fidelium supra condignum, quia donat eis vitam ac beatitudinem æternam, qua non sunt dignæ, Rom. 8. 18. 2. Cor. 4. 17. ibi enim inter nostras passiones & opera, atque inter gloriam, talis dicetur esse proportio, qualis est inter momentum & æternitatem, id est, nulla. Simile allatum nullum est: Pauperi gratis si dono florenum, floreno sibi comparat aliud quid, id ei debetur ex merito justitiæ commutativæ, & intercedentem proportionem inter florenum, & rem floren comparatam: at non ita cum nostris operibus, ea gratis dantur, nil tamen quid promereri possunt, quia sunt imperfecta, Esa. 64. prius debita, Luc. 17. 10. adeoque ad vitam æternam promerendam improportionata. Idem est judicium de simili adducto. Mala opera quidem merentur damnationem: at non contra, Bona salvationem: illa sunt perfectè mala, hæc imperfectè bona. Falsissimum autem, loqui Roman. 11. 6. Apostolum de operibus secundum vires naturæ tantùm factis, & prout præcisè actus humani sint, neque enim inter ea tantùm & gratiam est oppositio, sed inter gratiam, & opera, quocunque nomine veniant, sive secundum vires naturæ tantùm facta, sive ex fide pendentia. Gratis enim justificari, universalitas est; nullis operum meritis justificari

ficari, omnibus verò operibus & meritis exclusis, quod potest præter solam fidem in justificatione relinqui. Et novas operum, sine Scripturæ fundamento, comminisci distinctiunculas, potiùs est Scripturis vim inferre, quàm solvere. Excipis: *si (nostrâ hypothesi) gratia omne meritum vitæ æternæ excludit, Ergò, & graduum vitæ æternæ meritum, cum tamen nos per opera bona, juxta Aug. Confessionem, dicamur mereri diversitatem graduum gloriæ in cœlis.* Nervus est: *Diversitatem graduum gloriæ in cœlis merentur pii ex bonis operibus, aut cum, aut sine gratia. Non hoc, ergò illud: Ergô & ipsam gloriam, merentur pii ex bonis operibus, aut cum, aut sine gratia, non hoc, ergò illud.* At magna est disparitas inter gloriam ipsam, quam omninò gratis habemus, & inter gradus. Ita ut laboret Elenchus à falso consequente. Vide supra. *Mereri* autem hîc sumimus, juxta nonnullos patres, pro, *consequi:* eo scilicet sensu, quo mercedis vocabulum, ad Scripturæ mentem, nos acceptamus.

Thesis XXXVI.

AD II. ex Matth. 5. *(mercedem nostram non esse ipsum cœlum, sed* IN COELIS) respondes 1. *id concedendo, non tamen ideò sequi, ipsam vitam æternam non esse mercedem. Cùm etiam ipsa vita æterna sit* IN COELIS, *addis* pro more tuo meritorio calumniam, sed responso indignam. 2. *Augustanam Confessionem ipsam quoq; vitam æternam mercedem bonorum operum dicere, adeoq; Hunnium illi contradicere,* 3. *alibi non tantùm gloriæ diversos gradus, sed & ipsam vitam æternam,* Psal. 15. 1. Matth. 19. v. 17. 29. c. 25. 34.

bonis

bonis operibus attribui, ergò & in loco, Matth 5. Resp. ad 1. ludis terminorum involucris. Quid quæso cœlum, nisi vita æterna, & contra: dicente enim Christo, Merces vestra erit copiosa in cœlis: quid quæso dicit aliud, ac, Merces vestra copiosa erit in vita æterna? Si ergò in vita æterna habebunt præmia nostra opera, sequitur non ipsam vitam æternam talem, sensu Pontificio, esse mercedem. Crassè autem hic *Judaizas & Turcizas*, putans IN COELO (Empyræo tuo vel sydereo fictitio, Utopico, nó Ubiquitistico, sed Nullibiquitistico) esse vitam æternam futuram. Deinde tibi ipsi contradicis. *Quid est autem*, quæris, *futura vita*, NISI ÆTERNA VITA? Hic statuis (& rectè quidem) tantùm unicam futuram vitam. *Quid autem est futura vita*, NISI ÆTERNA VITA? In Thesi verò 49. sic scribis: *Notetur* II. *Docere nos nihilominus remissa gratis culpa & pœna æterna, subinde in justificatis remanere reatum pœnæ temporalis in hac vel* FUTURA VITA (IN PURGATORIO) *luenda*; Vides bellam consonantiam Forer? Thes. 36. affirmas nullam futuram vitam esse, nisi æternam. Thes. 49. negas illud ipsum, quia alia quoq; sit futura vita, Purgatorium scilicet. O profundum Theologum, & in scientia sua certissimum. Ad 2. injuriam facis Augustanæ Confessioni, quæ expressè asserit, *vitam æternam per misericordiam, certè* PROPTER CHRISTUM *obtingere: quoad gradus gloriæ diversos compensatio erit bonorum operum.* Nil hic certè pro dente Theonino. Ad 3. In loco Matth. 19. 17. supra responsum: ad v. 29. etiam. ad Psalm. 15. v. 1. 2. consequentiam, non causam, aut meritorium quiddam,

propriè sic dictum importat. Ad Matth. 25. 34. solutio sequetur jam.

Thesis XXXVII.

Asseris thes. 37. in loco Matth. 25. 34. particulam, enim, esse causalem. Jam dicis, Calvinistas (cur, cum Lutheranis, à Calvinistis toto cœlo dissentientibus, agens, Calvinistarum, ac si non essent multò magis Lutheranorum, instantias apponis) excipere, 1. dici in Græco, κληρονομήσατε, vitam æternam esse hæreditatem: Ergò non mercedem. 2. particulam enim, hoc loco, non esse causalem, sed eventualem; Excipis ad l. 1. *vitam æternam utrumq; esse, hæreditatem, ut h. l. & mercedem, alioquin Apostolum falsò dixisse, Christum* PROPTER PASSIONEM MORTIS GLORIA ET HONORE CORONATUM, id est, *sua passione gloriam & honorem promeritum*, Hebr. 2. 9. Cùm idem Christus constitutus sit hæres universorum, c. 1. 2. Christus potuit esse hæres, & tamen quid mereri: Ergò & vita æterna potest dici hæreditas, & tamen merces, sicut idem & filius, & operarius Patris, Filii hæreditas, operarii merces. Ad II. negando. *Quia Christus judex dicatur sæpè redditurus unicuiq;* SECUNDUM LABOREM, OPERA, *prout gessit, coronam justitiæ, his verbis non tantùm hæreditatem, vel qualemcunq; conjunctionem, sed causalitatem dici, ergò & hoc loco.* Nervus est, *ubi est retributio judicialis, ibi est aliqua causalitas*, at Matth. 25. est. Addis Eccl. 16. 15 *Idem esse secundum opera, & secundum meritũ operum, & ita dici vulgò: Reddere secundum opera*, id est, *meritũ, dignitatem, mensurã*

ac

ut valorem operum, præter loca, nil concludentia contra nos, Matth. 16. 27. Rom. 2. 5. adducis in specie locum, Gal. 6. 5. seqq. Nervus est: *Ut fructus non est consequens saltem ad semen, sed effectus seminis, & semen causa fructus, ita & vita æterna non est consequens saltem ad bona opera, sed effectus bonorum operum, & bona opera ad minimum causa moralis & meritoria vitæ æternæ. Ideò Paulum* 2. Cor. 4. *tribuere nostris operibus*, OPERATIONEM, *respectu vitæ æternæ. Quid autem est operatio nisi causalitas?* Resp. ad I. Negando. Si enim vita æterna est, ut est, hæreditas, non erit quid meritorium. Nulla enim hæreditas est meritoria. II. patet id ipso ipsissimo à te adducto exemplo. Christus enim, quia fuit hæres vitæ æternæ, ideoque sibi eam non promeruit. Quando autem Christo meritum adscribitur, id fit respectu nostri, quibus ille passione sua vitam æternam promeruit. Duplici enim jure Christo Regnum cœlorum debetur, uno, quo hęres est, altero, quo pro nobis, id est promeritus: ut pulchrè Bernhardus. Ad locum à te citatum respondeo 1. vox PROPTER QUID non semper αἰτιολογικῶς causaliter & meritoriè, sed ἐκβατικῶς sumitur concomitanter & eventualiter, inprimis in loco à te citato, ubi 1. τὸ διὰ, causam finalem, non meritoriam denotat. Sunt enim 2. redditio præcedentium, cur scilicet Christus infra Angelos ad tempus imminutus dicatur, scilicet propter passionem mortis, cujus causa extremè humiliatus fuit, ita, ut hic sensus efflorescat: Cernimus hunc Jesum gloria & honore coronatum, qui priùs paulisper infra Angelos, quamvis ipsorum Dominus esset,

imminutus sit propter passionem mortis: Ita enim Beda. *Eum autem modico minus, quàm Angelos minoratum videmus Jesum, propter passionem mortis.* Et iterum: *Per passionem mortis minoratus est modico minus ab Angelis.* Et Theodoret. in c. 1. ad Hebr. *Erat minor Angelis, propter mortis passionem.* Quando ergò dicis, Christum sibi aliquid meruisse, absurdus es, non enim in eum finem incarnatus est, sed ob nostram redemptionem, Matth. 18. 11. Luc. 19. 10. Esa. 9. 1. Zach. 9. 9. Luc. 2. 11. 2. Cor. 8. 9. Resp. ad II. Id falsum esse: dabit *secundum*, non autem *propter* opera, unicuiq;. Excipis; idem esse, secundum opera, & secundum meritum operum, ex Ecclef. 16. 15. (tibi idem est, ob juramentum, quo ex Trident. Conciliabulo obstrictus es, licet id supra perjurè transgressus fueris, idem nobis non. Ita enim Græcus textus: OMNI ELEEMOSYNÆ *fac locum, unusquisq; enim secundũ opera sua inveniet.*) Mutuatus es hanc instantiam ex tuo Bellarm. l. 2. verb. Dei, c. 12. ubi fatetur, in Græco textu non esse nomen meriti, quia hoc nomen sit latinum, & ille textus sit Græcus, tamen esse aliquid, quod idem significet, & rectissimè per meriti vocabulum exprimatur: Esse enim κατὰ ἔργα in Græco, neminem autem vel Græcæ Linguæ tenuissimè peritum negare posse, quin κατὰ ἔργα significet latinè pro meritis. Resp. Folia ficus. Similis es corvo Noachico, quia semel extra arcam Scripturæ evolasti, ubi amplius pedem sistas, non invenis. Non enim hæ, nisi ad magnum usque Platonicum annum, erunt æquipollentia, eò, quod bona opera sint quidem mensura, secundum quam (tanquam à poste-

posteriori desumpto argumento) judicabimur, sed non sunt causa meritoria, propter quam salvabimur. Si de operibus malis quidem sermo est, tua phrasis, secundum opera, involvit merita, non autem si de bonis, sed tantùm notatur mensura & notá, secundum quam judicium instituetur, illa enim sunt perfectè mala, hæc imperfectè bona. Κατὰ semper in Græco involvere aliquam causam meritoriam nego, si de διὰ cum Accusativo, do. διὰ autem & κατὰ multum differunt: Quod, si ignoras, unicum inspice hunc locum. Judicabit Deus occulta hominum, secundum Evangelion meum: κατὰ τὸ Εὐαγγέλιόν μου, Rom. 2. v. 16. ubi hîc τὸ κατὰ causam notat meritoriam? Ad locum Gal. 6. v. 8. seqq. Resp. Simile extenditur ultra suum tertium. Et I. quidem ex hypothesi tui Bellar. agit hic locus non de ipsa vita æterna, sed de graduum differentiis in ea, diversos autem gradus dari ex gratia, diversis operibus, do. II. Theologia parabolica, inprimis extra suum tertium, ut hic, extensa, non est argumentativa. Non respicit dignitatem, aut meritum operum, sed eorum sequelam. Ut sementem gratuito Dei beneficio insequitur messis, ita pios, qui seminant in lacrymis, Psal. 126. 5. 6. Inverto ergò tuum argumentum, ut sementis nôn est causa meritoria messis, sed gratuita Dei benedictione illam hæc consequitur, sic bona opera non sunt causa meritoria præmiorum cœlestium, sed Dei benedictione ad illa hæc consequuntur. III. Proponitur in hoc dicto descriptio subjecti, non causæ meritoriæ. Describuntur homines, qui metent,

quod seminent in Spiritu, non autem metent propter dignitatem vel merita operum, sed ex gratia, ceu filii hæreditate vitam æternam consequuntur. Ad locum 2. Cor. 4. 17. Resp. Verbum κατεργάζεσθαι, operatum, in multis quidem locis verè efficientem causam notare, ut Rom. 1. 17. c. 2. 9. c. 7. 15. 1. Cor. 5. v. 3. 2. Cor. 5. v. 5. 1. Pet. 4. 3. Jac. 1. 20. At hoc loco & alibi non. Ita afflictio hic & Rom. 5. v. 5. dicitur operari immensum pondus gloriæ, quia est medium consequendæ gloriæ non per se, (sic enim potiùs lædunt & destruunt) sed ex accidenti, quoniam avocant à rebus mundanis, domant & mortificant carnem, excitant fidem & preces, quo modo etiam Jacob. 1. 3. probatio fidei, id est, afflictio dicitur parere patientiam. Et quia dicit PONDUS gloriæ, manifestum est, Paulum non ipsam gloriæ substantiam, sed quantitatem seu gradum in ea uberiorem notâsse. Similis locus est, 2. Cor. 7. 10. Rom. 4. v. 15. cap. 5. 5.

THESIS XXXVIII.

NIL HIC NOVI. OMNIA prius diluta. Unico excepto, *quo probare vis mala opera esse meritoria damnationis, ergò & bona salvationis*, ex Aug. Epist. 105. ad Sixtum. At 1. connexio Majoris laborat propter evidentem disparitatem bonorum & malorum operum, in comparationis tertio. Bona opera sunt imperfectè bona: mala, perfectè mala. His ergò inest dignitas ad æterna supplicia, illis non ad æterna præmia. 2. Christus satisfecit pro omnium hominum peccatis,

eatis, ergò causa immediata & adæquata damnationis non sunt peccata, (sic enim omnes damnarentur) sed incredulitas, satisfactionem à Christo præstitam repudians, ita, ut sola incredulitas damnet, non quod reliqua peccata in se ac per se non sint damnabilia, sed quia fide in Christum omnium peccatorum remissio contingit. Augustinum quod concernit, si intelligat meritum Justitiæ Christi nobis imputatæ, damus, 2. si meritum pro sequela sumit, ut hoc ipsi non est infrequens, ut sumit omninò, Tom. 4. l. 83. q. 67. ubi dicit, vocamur filii Dei, licet hoc adoptione mereamur, (consequamur) itidem damus, si autem 3. meritum propriè dictum inhærentis nostræ Justitiæ intelligit, cum Scriptura negamus. Sed hoc tertium, Augustinum non intelligere, patet ex ipsa Epistola 105. Ex qua Forer Satanico more tantùm hæc ponit verba; *Sicut merito peccati, tanquam Stipendium redditur Mors, ita merito justitiæ, tanquam Stipendium vita æterna.* Locus ita legitur apud Augustinum: *Ubi autem invenimus etiam vitam æternam gratiam nuncupari, habemus apud eundem gratiæ magnificum defensorem Apostolum Paulum; Stipendium, inquit, peccati mors est,* GRATIA AUTEM DEI VITA ÆTERNA IN CHRISTO JESU DOMINO NOSTRO. *Vide, obsecro te, in quanta brevitate, quàm vigilanter verba posuerit, quibus diligenter consideratis, quæstionis hujus aliquantulum dilucescat obscuritas. Cùm enim dixisset, Stipendium peccati mors: quis non congruentissimè, & consequenter addere judicaret, Stipendium autem Justitiæ vita æterna? Et verum est, quia sicut merito peccati, tanquam Stipendium redditur mors, ita meri-*

merito Justitiæ, tanquam Stipendium vitæ æternæ. Aut si nollet dicere Justitiæ, diceret fidei: quoniam justus EX FIDE *vivit. Unde etiam & merces appellatur plurimis sanctarum Scripturarum locis: nusquam porrò dicta est merces Justitia vel fides, quia Justitiæ vel fidei redditur merces. Quod est autem merces operanti, hoc militanti Stipendium. Sed beatus Apostolus adversus elationem, quæ usq; adeò magis tentat irrepere, ut & sibi propter ipsam dicat datum Angelum Satanæ, à quo colaphizaretur, ne verticem præsumptionis erigeret. Adversus hanc ergò Elationis pestem vigilantissimè militans: Stipendium, inquit, peccati mors. Rectè Stipendium quia debetur, quia dignè retribuitur, quia merito redditur. Deinde ne Justitia de humano se extolleret bono merito, sicut humanum meritum malum non dubitatur esse peccatum,* NON à CONTRARIO RETULIT, *dicens:* STIPENDIUM JUSTITIÆ VITA ÆTERNA, SED GRATIA, *inquit* DEI VITA ÆTERNA. *Et hæc ne præter Mediatorem aliqua* ALIA VIA *quæreretur, adjecit:* IN CHRISTO JESU DOMINO NOSTRO. Et quæ plura sunt elegantissima, quæ ibi Augustinus habet contra Pontificios Justitiarios. Legat veritatis amans, & intelliget, Forerum, vel fronte omninò carere, vel prædicta verba tantùm ex alio, & non inspecto priùs ipso Augustino transscripsisse. Nam è diametro pugnant cum doctrina Pontificiorum de Meritis Operum.

THESIS XXXIX.

MERITA OPERUM ITIdem probas ex locis parallelis, Matth. 10. v. 42. cap. 25. v. 35. 36. 37. 40. Nervus est:

Quod

Quòd Matth. 10. *promiſſum, illud cap.* 25. *reddetur, at Matth.* 10. *merces eſt promiſſa, Ergò cap.* 25. *reddita: falſum ergo, quod particula* ENIM *ſaltem conſequentiam & non cauſam denotet.* Obtundis. Ridetur Cytharœdus, Chorda qui ſemper oberrat eadem. An neſcis adhuc, mercedem in Genere dici, quicquid alicui datur poſt præſtitum laborem, ſive gratis id fiat, ſive ex debito, ſive multum id ſit, ſive exiguum, ſive labori reſpondeat, ſive minus. Non enim perpetua eſt relatio inter meritum & mercedem, cum merces alicubi habeat locum, ubi non datur meritum: hoc quidem verum, ubi eſt meritum, ibi exigitur merces. Non contra. Ἀνάστροφα hæc ſunt, non ἀντίστροφα, non retrò commeantia, & circulum conſtituentia. Fundamenta hujus aſſertionis ſunt, Roman. 4. 4. Et Matth. 6. 1. ubi, quod dicitur merces, id Luc. 6. 23. vocatur gratia. Confer Pſal. 127. 4. cum his, & res erit expedita. Unde Ambroſ. l. 1. Epiſt. 1. circa medium. Alia eſt merces liberalitatis & gratiæ, aliud virtutis Stipendium, aliud laboris remuneratio.

THESIS XL.

NEGAS MERCEDEM gratuitam, & indebitam, I. *Quia Scriptura ut malis operibus mercedem, eamq; debitam damnationi, ita & ſalvationis mercedem debitam bonis adſcribat,* 2. Cor. 5. 10. Joh. 5. 29. Matth. 16. Pſalm. 65. Rom. 2. 1. Corinth. 3. Apoc. 22. Matth. 25. v. 34. 41. II. *Quia pii dicantur* DIGNI *vita æterna,* 2. Theſſ. 1. 5. Luc. 20. 35. Apoc. 3. 4. Ergò *& meritis iis tribuitur*

vita æterna. Citas Augustin. in Psalm. 100. Resp. ad I. Paulo negas, quod negas. Vide Rom. 4. v. 4. II. Disparitas inter bona & mala opera supra audita. Enecas tuis coccysmis. III. Dignum esse accipitur vel νομικῶς, in sensu legali, vel εὐαγγελικῶς, in sensu Evangelico, priori modo nego, quempiam dignum esse coram Deo vitâ æternâ, ob illud Deuter. 27.26. Posteriori do, loquendo de dignitate non activa, sed passiva, (hoc est, non ex operibus Justitiæ, quæ fecimus Nos: Tit. 3. sed quæ nobis fide in Christum confertur) non inhærente, sed imputata, non meritoria, sed gratuita. Datur enim ibi σχέσις & relatio ad fidem, quæ dignos facit credentes, 1. Cor. 15. v. 9. 10. IV. Potius credentes digni HABENTUR, Luc. 20. 35. 2. Thess. 1. 5. regno Dei, Coloss. 1. 12. quàm (ex seipsis) sunt: Unde ipsorum passiones *non dignæ* dicuntur, Rom. 8. 13. ad futuram gloriam. V. Et ipsi sancti longissimè non tantùm militantis, se ab illa dignitate abesse, confessi fuerunt, Gen. 32. 10. Psal. 115. 1. Dan. 9. 7. Matthæi 8. 8. Joan. 1. 27. sed & triumphantis Ecclesiæ, Apoc. 4. 10. 11. VI. Ad Locum, 2. Thess. 1. 5. Resp. Latinum Interpretem ipsummet vertisse, *dignum haberi*, à qua versione tibi vigore anathematis Tridentini non recedendum. VII. Ad Locum, Sap. 3. v. 5. Resp. 1. Librum illum non esse Canonicum; 2. Agi ibi de dignitate gratiæ, non autem meriti, statim enim sequitur, v. 9. qui confiderunt in illo, intelligent veritatem, & fideles in dilectione acquiescent illi, quoniam gratia & misericordia in Sanctis ejus. Augustinus non contra nos est. Reddet

utiq;

utique Deus nobis vitam æternam, sed ex gratia, ut misericors, & simul, ut justus, respiciendo ad sufficientissimum meritum filii sui, qui nobis suo sanguine vitam æternam aperuit. Audi quæso pie Lector, Augustinum contra Diaboli filium Forerum in Ps. 110. *Venit*, scribit Aug. *Dominus, ut* DONARET *Paulo*, NON *ut* REDDERET. *Nam si reddere vellet, quid inveniret, quod redderet peccatori, nisi pœnam & supplicium? Noluit reddere pœnam, sed donavit gratiam. Audi quia ille, cui donavit, tenet Dominum etiam debitorem. Invenit eum donatorem tempore misericordiæ, tenet debitorem tempore judicii. Quomodo hoc dicit, videte. Ego enim jam immolor dixit, & tempus resolutionis meæ proximum est.* BONUM CERTAMEN CERTAVI, CURSUM CONSUMMAVI, FIDEM SERVAVI. *Hoc tempore misericordiæ. Audi de judicio. De cætero superest mihi Corona Justitiæ, quam reddet mihi Domin⁹ in illa die justus Judex. Non dixit, donat, sed reddet. Quando donabat, misericors erat, quando reddet Judex erit: quia misericordiam & judicium cantabo tibi Domine. Sed* DONANDO *delicta, fecit se debitorem coronæ, ibi misericordiam consecutus sum. Misericors ergò Dominus primò, hic autem reddet mihi coronam Justitiæ. Unde reddet? Quia justus Judex est. Quare justus Judex? Quia bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi. Ideò justus non potest nisi coronare ista. Invenit enim ista, quæ coronaretur. Antea verò quid invenerat? Qui prius fui blasphemus & persecutor. Ista* DONAVIT, *illa* CORONAVIT. *Donavit hæc tempore misericordiæ, coronavit illa tempore judicii: quia misericordiam & judicium cantabo tibi Domine.* Hucusque Augustinus. Vbi sanè

gratis priùs assignat Paulo ipsam vitam æternam: in qua demùm gradus (& ipse tamen gratuitus) subsequitur.

Thesis XLI.

PROGREDERIS, *SI VITA ÆTERNA diceretur merces seu præmium, non quia operibus debeatur, sed tantum quia debeatur gratuitæ promissioni ipsius Dei.* I. *Non operum deberet fieri mentio in retributione vitæ æternæ, quod fit: Et* 2. *Deus eam nobis redderet, non ut justus judex, sed ut misericors Deus, at reddit ut justus judex,* 2. Tim. 4. Heb. 6. Resp. Mirum, ni plus olei habeas, quàm illæ sapientes. Idolum hoc tui cerebri phantasticum, Esa. 29. Matth. 15. Impietas negotiosa est: ad palliandum unum paradoxon, septem opus est. Audacter calumnias evome, ut Ciconia ranas: Resp. ad I. utique debet: Ergò bona opera includuntur in retributione vitæ æternæ: & inprimis quoad majores gloriæ gradus, at non ut causa meritoria, loquendo, de bonis (de malis enim disparem esse rationem supra evictum) sed velut ipse loqueris orthodoxè, utinam ita sentias, ut conditio sine qua non. Nemo enim, qui (tempore & objectis non negatis) non fecit bona opera salvatur, non autem propter illa, quæ fecit, salvatur. Ad II. Negando. Ut justus, & ut misericors, æternam vitam nobis dat. Ut justus, inspiciendo absolutissimum & perfectissimum Christi meritum, & sanctificationem, nec enim sibi, sed nobis eam est promeritus: Ut misericors, respiciendo eam ipsam per fidem nobis imputatam, no-

stram

ſtramque obedientiam inchoatam. Quod meritum vitæ æternæ acceptat, juſtitiæ, quod alienum formaliter, imputativè ſaltem noſtrum, id miſericordiæ eſt. Sententia loci, 2. Tim. 4. v. 8. hæc eſt. *Corona* vocatur, quæ datur certanti & vincenti, 2. Tim. 2. v. 5. Dicitur âutem Corona *Juſtitiæ* ſcilicet Chriſti, per fidem nobis imputatæ: tùm, quia eam nobis acquiſivit, 1. Cor. 1. v. 30. 2. Cor. 5. v. ult. tùm, quia quod gratis promittit, id pro ſua juſtitia præſtat, Hebr. 6. v. 10, Chriſtus autem vocatur piis *Judex juſtus*, ſcilicet Evangelicè, quia pios judicat non ſecundum rigorem Juſtitiæ ſummæ, quæ Legis eſt, juxta quam nulla Caro poteſt ſalvari, Pſ. 143. v. 2. Rom. 3. Gal. 2. Sed ex gratia, Pſal. 103. Rom. 3. v. 21. 25. poteſt etiam juſtus exponi pro fideli & veraci. *Reddet*, ſcilicet non propter merita mea, quæ nulla agnoſco, 1. Cor. 4. v. 4. 1. Tim. 1. v. 16. Sed propter ſuam gratuitam promiſſionem. Debitorem enim ſe fidelis Dominus nobis fecit, non aliquid à nobis accipiendo, ſed omnia nobis promittendo, Apoc. 4. v. 10. 11. abjiciunt viginti quatuor ſeniores *Coronas ſuas* ante ſedentem in Throno, dicentes: Dignus es Domine accipere gloriam & honorem, &c. hoc ipſo facto oſtendentes ſe non ſuo merito, ſed gratiâ agni, hoc eſt, Chriſti Domini coronas iſtas obtinere.

THESIS XLII.

PERGIS, ARGUMENTUM noſtrum limitando, *non eſſe quidem proportionem inter noſtras afflictiones, bona opera, futuram*

gloriam, si spectentur præcisè secundum esse suum naturale, & prout à viribus solius naturæ procedant, vel quoad substantiam actuum; & ita explicas locum, Rom. 8. 18. *esse verò, prout à justo, gratia sanctificante instructo procedant, qui sit filius Dei adoptivus, hæres regni, vivum membrum Christi, amicus Dei, &c.* Quo applicas loca, Gal. 2. v. 20. 1. Johan. 4. 16. 1. Cor. 6. 15. 17. *Repetis quoq; locum, Gal. 6. ut semen arboris, quoad quantitatem molis non habet proportionem cum arbore, sed quoad quantitatem virtutis: ita, nostra opera.* Resp. I. Non omnem proportionem hic negamus, sed *causalem saltem & meritoriam:* nempè, si majora vel minora opera, statuantur causa vel meritum majoris vel minoris meriti: conditionalem autem damus, si majora vel minora opera non sint causa vel meritum majoris vel minoris mercedis, sed tantùm positio conditionis, sub qua merces vel major vel minor habenda est. In malis quidem utraque, in bonis autem hæc saltem, non illa, ob dictam supra causam, datur, ita ut operum relatio ad salutem non sit causalis, sed ordinis. II. Distinctio tua *Pelagiana est.* Si enim bona opera intelligis bona opera in sensu Theologico accepta (non Philosophico & Ethico) ut omninò accipis, & accipere debes, nulla, nulla, nulla à viribus nostræ naturæ procedunt. Quid autem à viribus naturæ nostræ procedat, vide Matth. 7. v. 16. 17. 18 19. c. 12. v. 33. 34. 35. 36. c. 15. v. 18. 19. III. De quibus Apostolus, Rom. 8. 18. agat, optimè tibi declarat Gregorius in 7. Psal. Pœnitent. Ita scribens: *Illi namq; beatæ vitæ, in qua cum Deo, & de Deo vivitur.* NULLUS *potest* (sive quoad substantiam actus, & quo-

Forer Cancellarius Dillinganus, Pelagianus.

& quoad proportionem absolutam, ut Bellarm. distinguit) *nullus potest æquari labor.* NULLA OPERA *comparari, præsertim cum Apostolus dicat*, NON SUNT CONDIGNÆ *passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis.* IV. Non juvat te Exemplum passionum Christi, quæ, ut dicis, erant finitæ & temporales (mutuatus es à Bellar. l. 5. Just. 3.) & tamen infiniti meriti, propter personæ dignitatem, dignitas enim personæ Christi fuit infinita, quæ infinitas in bonis nostris operibus non est. V. Dignitas bonorum operum & ita quoque passionum est duplex: meritoria & gratuita. Illam negamus, hanc autem ultrò damus. VI. Apostolus expresè de passionibus FILIORUM DEI, quas PER GRATIAM Spiritus sancti tolerabat, loquitur. Corruit ergò tua distinctio, & aliena sunt à scopo dicta allata, nolumus Crambem hanc dictorum recoquere. VII. Simile tuum extra suum tertium, ut suprà probavi, deductum, *pelagianizat.* Ut enim semen quantitate virtutis & intensivæ (licet non molis & extensivæ) in se, & ex se habet illam δύναμιν in arborem excrescendi, & dein fructum ferēdi, ita sequeretur bona nostra opera esse. Non hic extenditur extra suum tertium hoc, si tuum tertium, extra quod contra Paulum extensum est à te, respicias.

THESIS. XLIII.

AD LOCUM, 2. COR. 4. 17. Respondes I. *Paulum nostris operibus expressè Operationem, & consequenter aliquo modo efficientiam moralem seu meritoriam vitæ æternæ tribuere.*

II. *Lusum*

II. *Lusum verborum esse: Mercedem dari ex gratia. Stipendium Militis non posse dici meram gratiam, cum id mereatur. Eleemosynam contra nullo modò posse dici mercedem, quia gratuita. Et ideò nostram mercedem, non mercedem. Inde in amplum calumniarum campum excurris, ob nostram distinctionem.* Resp. ad I. ut suprà: Verbũ κατεργάζεσθαι sæpè quidem efficientiam importat, ut Rom. 1. v. 17. c. 2. 9. c. 7. 15. 1. Cor. 5. 3. 2. Cor. 5. 5. 1. Pet. 4. 3. Jac. 1. 20. at non semper, ut 2. Cor. 7. 10. ubi salus vel effectus, aliam propriam causam habens, adscribitur tristitiæ, pœnitentiæ, & hoc loco afflictionibus, ubi non causa efficiens, sed medium vel cõditio adjuvans per se & per accidens significatur. Deus enim vera hujus efficiens. Mediis verò ad eam in nobis gignendam utitur tristitia, pœnitentia, & variis aliis internis & externis, quibus perinde effectus salutis impropriè adscribitur. Ita Roman. 4. 15. Lex dicitur κατεργάζεσθαι iram, non per se, sed ex ACCIDENTI, quia peccata detegit, quæ sunt causa iræ Dei & pœnarum. Ita c. 5. 5. afflictio dicitur operari patientiam, quia est medium discendæ patientiæ, non causa per se. Ita loco hoc ex accidenti & non per se, (sic enim afflictiones potius lædunt & destruunt) dicuntur operari innumerum pondus gloriæ, quia avocant à rebus mundanis, domant & mortificant carnem, excitant fidem & preces, quo modo etiam, Jacob. 1. 3. probatio fidei, id est, afflictio, dicitur parere patientiam; & Deus etiam nostras tribulationes patienter susceptas, in gaudium amplissimum vult convertere. Unde, qui plures tribulationes pertulerunt, majorem quoque conso-

consolationem in altera vita sunt sensuri, præ his, qui in paucis fuerunt tentati. Vide Exemplum Apoc. 7. v. 14. Ad II. lusus verborum sit, at certè Paulinus est. Infringe, si potes, aheneum murum Apostolicum, Rom. 4. 4. Quid enim merces indebita! Annón quod est indebitum, & tamen datur, est gratuitum? Et mors quidem peccati, non autem vita æterna bonorum operum Stipendium est. Vide Rom. 6. 23. quid ergò de stipendio militis obstrepis? Eleemosyna nullóne modo merces potest dici? Utique, teneris ei dare eam ex gratia, quia pauper, quia homo, quia Christianus. Ergò est merces secundum gratiam, scias, te pro tua maledicendi lubidine, nō hanc, ni resipueris, sed illam reportaturum. *Verbum Dei. Ferero homini sancto, lusurett.*

THESIS XLIV.

HIC FACIS DUO CONclusa de meritis bonorum operum, quæ stabilis ulterius locis Scripturæ, fiduciam in bonis operibus collocandam esse. I. Ex Tob. 4. 12. Ad I. Græcus ita habet, v. 8. *Quemadmodum tibi fuerit secundum multitudinem, fac eis Eleemosynam. Si paucum tibi fuerit, juxta paucum ne timeas facere Eleemosynam, præmium enim bonum thesaurizas tibi in diem necessitatis, quoniam Eleemosyna à morte liberat, & non sinit intrare in tenebras, Donum enim bonum & Eleemosyna omnibus facientibus eam coram altissimo.* Ubi hic mentio fiduciæ in bonis operibus collocandæ? II. Liber est Apocryphus. Ergò ex eo, ut & Eccl. 3. v. 17. 33. c. 16. 15. c. 4. v. 10. 11. nil concludis. III. Eleemosyna bonum opus dicitur, quod Deus sit remu- *Tob. 4.*

O nera-

neraturus: ex Matth. 5. 7. Ps. 41. 1. Damus, at id meritorium esse, negamus. Optimè Apol. Aug. Conf. 56. a. Wir wöllen nicht sagen/ daß da ein Hyperbole sey/ wiewol wir es sagen möchten/ damit Christi Ehre erhalten werde/ dann diß ist Christus Ampt allein/ von der Sünde/ vom Tode erlösen/ ꝛc. Wir wöllen aber uns zu unser alten Regul halten: Nämblich/ daß das Gesäß/ oder die Werck ausser Christo niemands gerecht machen für GOtt. So gefallen nun die Allmusen (welche dem Glauben folgen) dann erst GOtt/ wann ich durch Christum versöhnet bin/ nicht die fürher gehen/ darumb erlösen sie vom Tode nicht/ ex opere operato, sondern wie ich kurtz zuvor von der Buß gesagt habe/ daß man den Glauben mit den Früchten zugleich muß zusamen fassen. Vide seqq. Edit. Tub. Anno 1611. Quia etiam Tobias senior alloquitur filium Tobiam, credens credentem, justificatus justificatum; quomodo de vita cœlesti promerenda (cujus jus per fidem illi jam erant adepti) hic locus explicari potest? II. Ex 1. Tim. 3. 13. Adamantinũ argumentũ! *Promittit Apostolus Diaconis benè ministrantibus digniorem gradum in Ecclesia militante*, putà Presbyteriũ vel Episcopatum, in quo multa cum fiducia prædicare possint fidem, id est, doctrinã Christi; in triumphante, majorem & ampliorem suorum laborum gloriam. Quid hoc ad bonorum operum, ad vitam æternam consequendam, merita? III. Ex Esa. 38. 5. Acumen Argumenti! *Hiskias morbo gravatus, justitiam bonæ conscientiæ allegat, & opponit (non judicio Dei sed) gravissimæ tentationi, quod videretur cum sua pietate abjectus esse à Deo, qui tam repentina morte cum esset è medio*

subla-

Apolog. Aug. Confess.

1. Tim. 3.

Esa. 38.

sublaturus; *Ergò in bonis operibus* (ut addit Bellarmin. lib. 5. Just. c. 7.) *quæ verè talia esse, compertum sit, fiducia aliqua collocari potest, modò superbia caveatur?* Ita scilicet! Facta, transacta omnia! Hiskias vitæ promulgandæ causâ dicit: *Memento Domine, quod ambulaverim coram te in veritate*, innuens, se niti bona conscientia, quod quicquid fecerit, sine hypocrisi, & sincero animo fecerit, in reformatione cultus & regni. Sed quid hæc ad promerendam vitam æternam? IV. Esther 14. 14. Argumentum Solomone, vel, ad minimum, Thalete dignissimum! *Esther se cum regia sua dignitate humiliter Deo subjecit, dicens; Exaudi vocem eorum, qui nullam aliam spem habent.* Ergò, *in bonis operibus vita æternæ meritoriis fiducia collocanda est.* Scitè scilicet. V. Ex Rom. 8. 24. Subtilissimè! *Spe salvi facti sumus.* Ergò. *Spe meritoria bonorum operum, fidendum:* Quasi Paulus non de spe, qua promissa tenemus, sed de spe, ut opere (Pontificio) meritorio loqueretur: quod Chrysippo & Crantore dignum! Augustin. & Chrysost. quos citas, nil contra nos, sed pro nobis. *Esther. 14.* *Rom. 8*

THESIS XLV.

IN THESI TUA 45. MULTA profers absurda in Theologia, & contradictiones. I. In prioribus dicebas: *In bonis operibus fidendum*: Jam (cum Bellarmino) conscientiæ adactus stimulo, concedis, *tutissimum esse, fiduciam suam in* SOLA DEI *misericordia & benignitate reponere.* Et sub finem Thes. *vos de ipsis operibus factis formidare posse, an ea in gratia, & extra statum peccati,* (Ego scirem *Absurdum, ipso Fororum Cancellarium.*

quando Forerus in hoc mundo esset extra statum peccati,) *à nobis sint exercita, necne:* mirabilis Theologia, scilicet Pontificia Foreriana. Certè passus est Forerus hic Ecstasin, nescit enim, an opera, si quæ fecit bona, in gratia & extra statum peccati, à seipso sint exercita, necne. Nos damus ipsum Forerum nescire hæc. Imò ipsum nulla omninò verè bona opera facere, constat non tantùm ex miserrimo ipsius votorum catolicorum patrocinio, conviciis, mendaciis, injuriis & blasphemiis referto (*ex abundantia cordis os loquitur,* Matth. 12. v. 13.) sed etiam ex ipsius Pharisaica hypocritica Pontificia doctrina.

NOTA. *Vera Pontificiorum certitudo salutis, cum Metaphysica certitudine comparatur.*

Scribit enim non tantùm, Thes. 45. sed etiam alibi: *Neminem infallibiliter, & metaphysicè* (hic terminus est ἀϑεόλογος) *certum esse, se esse in gratia, sed dubitandum.* Hinc ego sic argumentor ex S. Scriptura: *sine fide impossibile est placere Deo.* Hebr. 11. v. 6. Sed opera, si quæ sunt vel fiunt à te Forero, sunt sine certitudine, sine fide. Ergò opera Foreri Deo placere non possunt, & sic nec bona sunt. Minor patet ex tua propria confessione & doctrina, Forere; Doces enim *neminem infallibiliter certum esse, se esse in gratia.* Si ergò tu non certus es, te esse in gratia. Ergò dubitas. Si dubitas, non credis. Si non credis, damnaberis, Marc. 16. v. 16. Fides enim neque est ignorantia, neque dubitatio, sed dubitationi & ignorantiæ opposita, Rom. 4. v. 20. Jacob. 1. v. 6. Luc. 12. v. 29. Matthæi 21. v. 21. Vides jam Forere, uter habeat Fidem inter nos duos? Tu *dubitas*; Ego *credo.* Et tu ponis: *Neminem infallibiliter certum esse, se esse in gratia:* Ego verò assero ex S. Scriptura: *Quemlibet Christianum* in

Quilibet in Christum verè

in Christum credentem certum esse debere & posse, se esse in gratia & favore Dei. Promissiones enim Evangelicæ de remissione peccatorum, per & propter Christum credentibus factæ, sunt omnibus modis certissimæ & firmissimæ. *Cælum & terra præteribunt, verba autem mea non præteribunt,* Matth. 24. v. 35. *Qui credit in filium Dei, habet testimonium in seipso; qui non credit Deo,* MENDACEM FECIT EUM, *quia non credidit in testimonium, quod testificatus est Deus de filio suo. Et hoc est testimonium, quod vitam æternam dedit nobis Deus, & hæc vita* IN FILIO (non in tuis operibus Forere) *ejus est. Qui habet filium, habet vitam: qui non habet filium Dei, vitam non habet. Hæc scripsi vobis,* dicit Johannes, 1. Epist. 5. v. 10. &c. *Qui* CREDITIS *in nomen filii Dei, ut* SCIATIS, *quòd vitam habetis æternam, & ut* CREDATIS *in nomen filii Dei.* Et Joh. 3. v. 16. 18. 36. *Qui credit in filium non perit, non judicatur, sed habet vitam æternam.* Johan. 5. v. 24. *Amen, Amen dico vobis: qui sermonem meum audit, & credit ei, qui misit me, habet vitam æternam, & in judicium non venit, sed transivit à morte in vitam.* Heb. 6. v. 17. &c. ô beatos quorum causa jurat Deus! ô miserrimos, qui ne juranti quidem Deo credunt! II. Dictum Pauli, 1. Cor. 4. v. 4. quod allegas, est contra te. Apostolus enim ibi non loquitur principaliter de operibus, & quidem indiscriminatim de universis & omnimodis operibus suis, sed de curriculo sui MINISTERII, ejusque administratione, quod in ea nullius neglectus, culpæ aut erroris sibi conscius sit, *neque tamen interim hac sua conscientiæ puritate justitiam metiri velit,* utpote, quæ non ex hominis dignitate, sed ex Christi meri-

credens, certus esse debet & potest, se esse in gratia Dei.

1. Cor. 4. D. Paulus non fuit dubius, sed certissimus de sua salute.

to fide apprehenso sit æstimanda. Præsens itaque locus Pauli non minùs ἀπαιδεύτως, quàm impudenter ad stabiliendam dubitationem affertur: Ponatur sanè ὑπόθησις hæc falsa Pontificii: Paulum sensisse, hominem justum esse coram Deo operibus & qualitatibus inhærentibus: Et tamen nescire, utrùm sit justus: quæso quid Textus ille ad hanc opinionem facit? Ita scilicet interpretabitur Textum Forer: *Nihil mihi conscius sum*, hoc est, inhærentibus qualitatibus, & puritate conscientiæ sum usq; adeò perfectè imbutus, ut nullius peccati mihi conscius sim, sed *tamen in hoc non sum justificatus*, hoc est, dubito tamen utrum sim justus: (imò: hoc ipsum sequitur; inhærentibus qualitatibus justificatus non sum.) Hoc ergò est Textui vim manifestam inferre. Paulus non loquitur de justitiæ suæ cognitione vel ignorantia: non dicit, nescio vel dubito, utrum sim justus, sed manifestè negat, se hac conscientiæ puritate justum esse, dicens: *In hoc* (quo nihil mihi conscius sum) *non sum justificatus.* Certus itaque omninò est D. Paulus, se inhærente qualitate non esse justum. Nihil poterat contra dogma Pontificiorum, justitiam in qualitatum inhærentium & conscientiæ hominis puritate collocantium, evidentius dici; Et tu Forer vis pro te citare? Quæ hæc fatuitas? D. Paulum certissimum fuisse, se esse in gratia apud Deum, & habere per Christum peccatorum suorum remissionem, justitiam ac vitam æternam, affirmat ipsemet verbis manifestissimis, 2. Tim. 1. v. 12. SCIO *cui credidi, &* CERTUS *sum, quod potens sit depositum meum custodire in illum diem.*

Rom. 8.

Rom. 8. v. 38. CERTÛS *sum, quod neque mors, neq; vita, &c. separare queat* NOS *à dilectione Dei, quæ est in Christo Jesu Domino nostro.* Gal. 2. v. 20. *Christus dilexit* ME, *& tradidit semetipsum pro* ME. Et Exemplum Pauli propositum est omnibus verè piis, 2. Cor. 1. v. 21. &c. 4. v. 13. & 1. Tim. 1. v. 16. ut essem exemplar iis, qui credituri essent ipsi in vitam æternam. *Fœtori absurditas.*

III. Subjicis plura absurda & contraria, dicens: *Si autem confidat* (homo) *in* SOLA *misericordia Dei, & interea faciat, quantum potest, neq; errabit talis, neque quidquam amittet, sive justus sit, sive* NON *sit; Et si non sit, potest per humilitatē illam aliqua ratione fieri.* Resp. 1. Ego non dubito, quin cęteros cordatos & doctiores Pontificios pudeat horum dictorum absurdissimorum & ἀθεολόγων, quod nimirùm etiam homo *injustus* (& sic quilibet quoque gentilis, Turca, Tartarus, vel Barbarus) confidat in SOLA misericordia Dei. 2. Quod talis injustus non erret, (pro sua intentione: qualitercunque benè, vel quasi, operando,) neque quidquam amittat. 3. Quod talis injustus per humilitatem illam, aliqua ratione possit fieri justus. Per quam quæso humilitatem? Illam putas, qua injustus confidit in sola Dei misericordia? Hic repetis, quod injustus confidat in SOLA Dei misericordia, quod oppositum est in adjecto. Et vera humilitas fluit ex Fide in Christum, qua homo *justus* est; Et sequitur demùm hominem *justificatum*, non præcedit *justificandum*; quemadmodum & reliqua cuncta bona opera, quæ Deo probantur. Sunt enim fructus Spiritus, Gal. 5. v. 22. quomodo ergò posterius causa est prioris! IV. Opponis verbis tuis ab ini-

Contraria. tio positis: *Tutissimum esse, fiduciam in* SOLA DEI *misericordia & benignitate reponere*: Sub finem hæc verba: NON *ita in* SOLO DEO *figendam, quasi ad cælum obtinendum nullis opus sit operibus nostris in gratia factis.* Hæc duo sunt opposita, & non possunt in ipso Articulo Justificationis nostræ coram Deo simul stare. S. Scriptura disertè à Justificatione excludit omnia in universum Legis & Evangelii opera, & utitur hac perpetua immediata oppositione: *Non operanti, sed credenti: non ex Lege, sed ex promissione: non ex operibus, sed ex gratia.* Rom. 3. & 4. Gal. 2. & 3. Ephes. 2. *Quod si* (ergò) *per gratiam, non jam ex operibus: quandoquidem gratia jam non est gratia. Sin ex operibus, non est gratia, quandoquidem opus, jam non est opus*, Rom. 11. v. 6. *In immediatè enim oppositis uno negato, solum alterum affirmatur.* Hic debuisses Forere cautelam adhibuisse, ne ex cæca meritorum fictitiorum consideratione tàm superbè & audacter contra S. Scripturam publicè scriberes. Verùm mercedem tuam debitam reportas, & fit tibi secundum dubitationem tuam, Jacob. 1. v. 6. 7. QUI HÆSITAT, *is similis est fluctui maris, qui ventis agitur, & impetu rapitur*: NEQUE ENIM EXISTIMET HOMO ILLE, SE QUICQUAM ACCEPTURUM à DOMINO.

THESIS XLVI.

D. D. OSIANDRUM Gemini accusas mendacii. I. *dicendo: Bellarminum, l. 5. Just. 7. nobis esse* ὁμόψηφον. II. *& nos contrà Bellarmino.* Resp. Propositionem totam Bellarminianam cum suâ probatione Dn. D. Osiander

pro Q u o, *& ad statum, in quo fit. Si ad principium à* Q u o *fit, ratione* G r a t i æ, *quæ informat voluntatem, & facit hominem acceptum Deo, est ibi* M e r i t u m C o n d i g n i, *&c.* Jesuitæ in Censura Coloniensi, fol. 148. 149. 159. 176. 181. 192. 210. *Inhærente Justitia, promeretur homo majorem, pleniorem, exactiorem Justitiam, reconciliationem, adoptionem, sempiterna gaudia, & vitam æternam, tanquam justam & debitam mercedem, &c.* Vides jam Forere, docuisse Ecclesiam Pontificiam, hominem suis bonis operibus de Condigno mereri gratiam justificantem; *Et non me, sed te Forerum esse stupidum & imperitum Monachum, & mendacem Calumniatorem.* I V. *Meritum de congruo* (quod vocant opus moraliter bonum, factum ex libero arbitrio, adjuto à gratiâ) semipelagianizans, esse probabilem *privatorum saltem* opinionem, falsissimum est, quid tritius apud omnes Pontificios, qui vel primoribus labris poculum abominationis Pontificiæ degustârunt? V. Ἀσύστατα sunt, dispositiones alias, præter fidem, ad justificationem requiri, sed justificationem gratis fieri: si plura requiruntur ad justificationem, quam fides, tùm justificatio non fit gratis, vel quod idem, per fidem. V I. Malè Conc. Trid. opponis August. Confess. Ea enim multis, antè illud annis conscripta fuit. Et verum est, patres illius Concilii multa palliâsse, & emolliisse, quæ Monachi & Scholastici, contra quos Apologia Augustanæ Confessionis disputat, manifestè falsa scripserunt. V I I. Ut Electio, Justificatio, sic & æterna vita, & contra, ut hæc, ita & illa est gratuita, ex supra dictis: Justificamur & *salvamur* (nota)

II. *Lusum verborum esse: Mercedem dari ex gratia. Stipendium Militis non posse dici meram gratiam, cum id mereatur. Eleemosynam contra nullo modò posse dici mercedem, quia gratuita. Et ideò nostram mercedem, non mercedem. Inde in amplum calumniarum campum excurris, ob nostram distinctionem.* Resp. ad I. ut suprà: Verbū κατεργάζεσθαι sæpè quidem efficientiam importat, ut Rom. 1. v. 17. c. 2. 9. c. 7. 15. 1. Cor. 5. 3. 2. Cor. 5. 5. 1. Pet. 4. 3. Jac. 1. 20. at non semper, ut 2. Cor. 7. 10. ubi salus vel effectus, aliam propriam causam habens, adscribitur tristitiæ, pœnitentiæ, & hoc loco afflictionibus, ubi non causa efficiens, sed medium vel cōditio adjuvans per se & per accidens significatur. Deus enim vera hujus efficiens. Mediis verò ad eam in nobis gignendam utitur tristitia, pœnitentia, & variis aliis internis & externis, quibus perinde effectus salutis impropriè adscribitur. Ita Roman. 4. 15. Lex dicitur κατεργάζεσθαι iram, non per se, sed ex ACCIDENTI, quia peccata detegit, quæ sunt causa iræ Dei & pœnarum. Ita c. 5. 5. afflictio dicitur operari patientiam, quia est medium discendæ patientiæ, non causa per se. Ita loco hoc ex accidenti & non per se, (sic enim afflictiones potius lædunt & destruunt) dicuntur operari innumerum pondus gloriæ, quia avocant à rebus mundanis, domant & mortificant carnem, excitant fidem & preces, quo modo etiam, Jacob. 1. 3. probatio fidei, id est, afflictio, dicitur parere patientiam; & Deus etiam nostras tribulationes patienter susceptas, in gaudium amplissimum vult convertere. Unde, qui plures tribulationes pertulerunt, majorem quoque conso-

consolationem in altera vita sunt sensuri, præ his, qui in paucis fuerunt tentati. Vide Exemplum Apoc. 7. v. 14. Ad II. lusus verborum sit, at certè Paulinus est. Infringe, si potes, aheneum murum Apostolicum, Rom. 4. 4. Quid enim merces indebita! Annón quod est indebitum, & tamen datur, est gratuitum? Et mors quidem peccati, non autem vita æterna bonorum operum Stipendium est. Vide Rom. 6. 23. quid ergò de stipendio militis obstrepis? Eleemosyna nullóne modo merces potest dici? Utique, teneris ei dare eam ex gratia, quia pauper, quia homo, quia Christianus. Ergò est merces secundum gratiam, scias, te pro tua maledicendi lubidine, nô hanc, ni resipueris, sed illam reportaturum.

Verbum Dei. Forero homini sancto, lusureß.

THESIS XLIV.

HIC FACIS DUO CONclusa de meritis bonorum operum, quæ stabilis ulterius locis Scripturæ, fiduciam in bonis operibus collocandam esse. I. Ex Tob. 4. 12. At I. Græcus ita habet, v. 8. *Quemadmodum tibi fuerit secundum multitudinem, fac eis Eleemosynam. Si paucum tibi fuerit, juxta paucum ne timeas facere Eleemosynam, præmium enim bonum thesaurizas tibi in diem necessitatis, quoniam Eleemosyna à morte liberat, & non sinit intrare in tenebras, Donum enim bonum & Eleemosyna omnibus facientibus eam coram altissimo.* Ubi hîc mentio fiduciæ in bonis operibus collocandæ? II. Liber est Apocryphus. Ergò ex eo, ut & Eccl. 3. v. 17. 33. c. 16. 15 c. 4. v. 10. 11. nil concludis. III. Eleemosyna bonum opus dicitur, quod Deus sit remu-

Tob. 4.

O nera-

Apolog. Aug. Confess. neraturus: ex Matth. 5. 7. Ps. 41. 1. Damus, at id meritorium esse, negamus. Optimè Apol. Aug. Conf. 56. a. Wir wöllen nicht sagen/ daß da ein Hyperbole sey/ wiewol wir es sagen möchten/ damit Christi Ehre erhalten werde/ dann diß ist Christus Ampt allein/ von der Sünde/ vom Tode erlösen/ &c. Wir wöllen aber uns zu unser alten Regul halten: Nämblich/ daß das Gesätz/ oder die Werck ausser Christo niemands gerecht machen für GOtt. So gefallen nun die Allmusen (welche dem Glauben folgen) dann erst GOtt/ wann ich durch Christum versöhnet bin/ nicht die fürher gehen/ darum erlösen sie vom Tode nicht/ ex opere operato, sondern wie ich kurtz zuvor von der Buß gesagt habe/ daß man den Glauben mit den Früchten zugleich muß zusammen fassen. Vide seqq. Edit. Tub. Anno 1611. Quia etiam Tobias senior alloquitur filium Tobiam, credens credentem, justificatus justificatum; quomodo de vita cœlesti promerenda (cujus jus per fidem illi jam erant adepti) hic locus explicari potest? II. Ex 1. Tim. 3. 13. Adamantinũ argumentũ! *Promittit Apostolus Diaconis benè ministrantibus digniorem gradum in Ecclesia militante*, putà Presbyteriũ vel Episcopatum, in quo multa cum fiducia prædicare possint fidem, id est, doctrinã Christi; in triumphante, majorem & ampliorem suorum laborum gloriam. Quid hoc ad bonorum operum, ad vitam æternam consequendam, merita? III. Ex Esa. 38. 5. Acumen Argumenti! *Hiskias morbo gravatus, justitiam bonæ conscientiæ allegat, & opponit (non judicio Dei sed) gravissimæ tentationi, quod videretur cum sua pietate abjectus esse à Deo, qui tam repentina morte eum esset è medio subla-*

Margin notes: 1. Tim. 3. (beside "1. Tim. 3. 13"); Esa. 38. (beside "quendam, merita? III.")

sublaturus: Ergò in bonis operibus (ut addit Bellarmin. lib. 5 Just. c. 7.) *quæ verè talia esse, compertum sit, fiducia aliqua collocari potest, modò superbia caveatur?* Ita scilicet! Facta, transacta omnia! Hiskias vitæ promulgandæ causâ dicit: *Memento Domine, quod ambulaverim coram te in veritate*, innuens, se niti bona conscientia, quod quicquid fecerit, sine hypocrisi, & sincero animo fecerit, in reformatione cultus & regni. Sed quid hæc ad promerendam vitam æternam? IV. Esther 14. 14. Argumentum Solomone, vel, ad minimum, Thalete dignissimum! *Esther se cum regia sua dignitate humiliter Deo subjecit, dicens; Exaudi vocem eorum, qui nullam aliam spem habent.* Ergò, *in bonis operibus vitæ æternæ meritoriis fiducia collocanda est.* Scitè scilicet. V. Ex Rom. 8. 24. Subtilissimè! *Spe salvi facti sumus.* Ergò. *Spe meritoria bonorum operum, fidendum:* Quasi Paulus non de spe, qua promissa tenemus, sed de spe, ut opere (Pontificio) meritorio loqueretur: quod Chrysippo & Crantore dignum! Augustin. & Chrysost. quos citas, nil contra nos, sed pro nobis.

Esther. 14.

Rom. 8

Thesis XLV.

IN THESI TUA 45. MULTA profers absurda in Theologia, & contradictiones. I. In prioribus dicebas: *In bonis operibus fidendum:* Jam (cum Bellarmino) conscientiæ adactus stimulo, concedis, *tutissimum esse, fiduciam suam in* SOLA DEI *misericordia & benignitate reponere.* Et sub finem Thes. *nos de ipsis operibus factis formidare posse, an ea in gratia, & extra statum peccati,* (Ego scirem

Absurdum, esse Fororum Cancellarium.

quando Forerus in hoc mundo esset extra statum peccati,) *à nobis sint exercita, necne:* mirabilis Theologia, scilicet Pontificia Foreriana. Certè passus est Forerus hic Ecstasin, nescit enim, an opera, si quæ fecit bona, in gratia & extra statum peccati, à seipso sint exercita, necne. Nos damus ipsum Forerum nescire hæc. Imò ipsum nulla omninò verè bona opera facere, constat non tantùm ex miserrimo ipsius votorum cacolicorum patrocinio, conviciis, mendaciis, injuriis & blasphemiis referto (*ex abundantia cordis os loquitur*, Matth. 12. v. 13.) sed etiam ex ipsius Pharisaica hypocritica Pontificia doctrina.

NOTA. *Vera Pontificiorum certitudo salutis, cum Metaphysica certitudine comparatur.*

Scribit enim non tantùm, Thes. 45. sed etiam alibi: *Neminem infallibiliter, & metaphysicè* (hic terminus est ἀθεόλογος) *certum esse, se esse in gratia, sed dubitandum.* Hinc ego sic argumentor ex S. Scriptura: *sine fide impossibile est placere Deo:* Hebr. 11. v. 6. Sed opera, si quæ sunt vel fiunt à te Forero, sunt sine certitudine, sine fide. Ergò opera Foreri Deo placere non possunt, & sic nec bona sunt. Minor patet ex tua propria confessione & doctrina, Forere; Doces enim *neminem infallibiliter certum esse, se esse in gratia.* Si ergò tu non certus es, te esse in gratia. Ergò dubitas. Si dubitas, non credis. Si non credis, damnaberis, Marc. 16. v. 16. Fides enim neque est ignorantia, neque dubitatio, sed dubitationi & ignorantiæ opposita, Rom. 4. v. 20. Jacob. 1. v. 6. Luc. 12. v. 29. Matthæi 21. v. 21. Vides jam Forere, uter habeat Fidem inter nos duos? Tu *dubitas*; Ego *credo.* Et tu ponis: *Neminem infallibiliter certum esse, se esse in gratia:* Ego verò assero ex S. Scriptura: *Quemlibet Christianum*

Quilibet in Christum verè

in

in Christum credentem certum esse debere & posse, se esse in gratia & favore Dei. Promissiones enim Evangelicæ de remissione peccatorum, per & propter Christum credentibus factæ, sunt omnibus modis certissimæ & firmissimæ. *Cælum & terra præteribunt, verba autem mea non præteribunt*, Matth. 24. v. 35. *Qui credit in filium Dei, habet testimonium in seipso; qui non credit Deo*, MENDACEM FECIT EUM, *quia non credidit in testimonium, quod testificatus est Deus de filio suo. Et hoc est testimonium, quod vitam æternam dedit nobis Deus, & hæc vita* IN FILIO (non in tuis operibus Forere) *ejus est. Qui habet filium, habet vitam: qui non habet filium Dei, vitam non habet. Hæc scripsi vobis*, dicit Johannes, 1. Epist. 5. v. 10. &c. *Qui* CREDITIS *in nomen filii Dei, ut* SCIATIS, *quòd vitam habetis æternam, & ut* CREDATIS *in nomen filii Dei.* Et Joh. 3. v. 16. 18. 36. *Qui credit in filium non perit, non judicatur, sed habet vitam æternam.* Johan. 5. v. 24. *Amen, Amen dico vobis: qui sermonem meum audit, & credit ei, qui misit me, habet vitam æternam, & in judicium non venit, sed transivit à morte in vitam.* Heb. 6. v. 17. &c. ô beatos quorum causa jurat Deus! ô miserrimos, qui ne juranti quidem Deo credunt! II. Dictum Pauli, 1. Cor. 4. v. 4. quod allegas, est contra te. Apostolus enim ibi non loquitur principaliter de operibus, & quidem indiscriminatim de universis & omnimodis operibus suis, sed de curriculo sui MINISTERII, ejusque administratione, quod in ea nullius neglectus, culpæ aut erroris sibi conscius sit, *neque tamen interim hac sua conscientiæ puritate justitiam metiri velit*, utpote, quæ non ex hominis dignitate, sed ex Christi meri-

Credens, certum esse debet & potest, se esse in gratia Dei.

1. Cor. 4. D. Paulus non fuit dubius, sed certissimus de sua salute.

 to, fide

to fide apprehenso sit æstimanda. Præsens itaque locus Pauli non minùs ἀπαιδεύτως, quàm impudenter ad stabiliendam dubitationem affertur: Ponatur sanè ὑπόθεσις hæc falsa Pontifici: Paulum sensisse, hominem justum esse coram Deo operibus & qualitatibus inhærentibus: Et tamen nescire, utrùm sit justus: quæso quid Textus ille ad hanc opinionem facit? Ita scilicet interpretabitur Textum Forer: *Nihil mihi conscius sum*, hoc est, inhærentibus qualitatibus, & puritate conscientiæ sum usq; adeò perfectè imbutus, ut nullius peccati mihi conscius sim, sed *tamen in hoc non sum justificatus*, hoc est, dubito tamen utrum sim justus: (imò: hoc ipsum sequitur; inhærentibus qualitatibus justificatus non sum.) Hoc ergò est Textui vim manifestam inferre. Paulus non loquitur de justitiæ suæ cognitione vel ignorantia: non dicit, nescio vel dubito, utrum sim justus, sed manifestè negat, se hac conscientiæ puritate justum esse, dicens: *In hoc* (quo nihil mihi conscius sum) *non sum justificatus.* Certus itaque omninò est D. Paulus, se inhærente qualitate non esse justum. Nihil poterat contra dogma Pontificiorum, justitiam in qualitatum inhærentium & conscientiæ hominis puritate collocantium, evidentius dici; Et tu Forer vis pro te citare? Quæ hæc fatuitas? D. Paulum certissimum fuisse, se esse in gratia apud Deum, & habere per Christum peccatorum suorum remissionem, justitiam ac vitam æternam, affirmat ipsemet verbis manifestissimis, 2. Tim. 1. v. 12. SCIO *cui credidi, &* CERTUS *sum, quod potens sit depositum meum custodire in illum diem.*

Rom. 8.

Rom. 8. v. 38. CERTUS *sum, quod neque mors, neq; vita, &c. separare queat* NOS *à dilectione Dei, quæ est in Christo Jesu Domino nostro.* Gal. 2. v. 20. *Christus dilexit* ME, *& tradidit semetipsum pro* ME. Et Exemplum Pauli propositum est omnibus verè piis, 2. Cor. 1. v. 21. &c. 4. v. 13. & 1. Tim. 1. v. 16. ut essem exemplar iis, qui credituri essent ipsi in vitam æternam. *Terni absurda*

III. Subjicis plura absurda & contraria, dicens: *Si autem confidat* (homo) *in* SOLA *misericordia Dei, & interea faciat, quantum potest, neq; errabit talis, neque quidquam amittet, sive justus sit, sive* NON *sit; Et si non sit, potest per humilitatē illam aliqua ratione fieri.* Resp. 1. Ego non dubito, quin cęteros cordatos & doctiores Pontificios pudeat horum dictorum absurdissimorum & ἀλογωτάτων, quod nimirùm etiam homo *injustus* (& sic quilibet quoque gentilis, Turca, Tartarus, vel Barbarus) confidat in SOLA misericordia Dei. 2. Quod talis injustus non erret, (pro sua intentione qualitercunque benè, vel quasi, operando,) neque quidquam amittat. 3. Quod talis injustus per humilitatem illam, aliqua ratione possit fieri justus. Per quam quæso humilitatem? Illam putas, qua injustus confidit in sola Dei misericordia? Hic repetis, quod injustus confidat in SOLA Dei misericordia, quod oppositum est in adjecto. Et vera humilitas fluit ex Fide in Christum, qua homo *justus* est; Et sequitur demùm hominem *justificatum*, non præcedit *justificandum*; quemadmodum & reliqua cuncta bona opera, quæ Deo probantur. Sunt enim fructus Spiritus, Gal. 5. v. 22. quomodo ergò posterius causa est prioris! IV. Opponis verbis tuis ab ini-

tio

pro QUO, *& ad statum, in quo fit. Si ad principium à* QUO *fit, ratione* GRATIÆ, *quæ informat voluntatem, & facit hominem acceptum Deo, est ibi* MERITUM CONDIGNI, *&c.* Jesuitæ in Censura Coloniensi, fol. 148. 149. 159. 176. 181. 192. 210. *Inhærente Justitia, promeretur homo majorem, pleniorem, exactiorem Justitiam, reconciliationem, adoptionem, sempiterna gaudia, & vitam æternam, tanquam justam & debitam mercedem, &c.* Vides jam Forere, docuisse Ecclesiam Pontificiam, hominem suis bonis operibus de Condigno mereri gratiam justificantem; *Et non me, sed te Forerum esse stupidum & imperitum Monachum, & mendacem Calumniatorem.* IV. *Meritum de congruo* (quod vocant opus moraliter bonum, factum ex libero arbitrio, adjuto à gratiâ) semipelagianizans, esse probabilem *privatorum saltem* opinionem, falsissimum est, quid tritius apud omnes Pontificios, qui vel primoribus labris poculum abominationis Pontificiæ degustârunt? V. Ἀσύστατα sunt, dispositiones alias, præter fidem, ad justificationem requiri, sed justificationem gratis fieri: si plura requiruntur ad justificationem, quam fides, tùm justificatio non fit gratis, vel quod idem, per fidem. VI. Malè Conc. Trid. opponis August. Confess. Ea enim multis, antè illud annis conscripta fuit. Et verum est, patres illius Concilii multa palliâsse, & emolliisse, quæ Monachi & Scholastici, contra quos Apologia Augustanæ Confessionis disputat, manifestè falsa scripserunt. VII. Ut Electio, Justificatio, sic & æterna vita, & contra, ut hæc, ita & illa est gratuita, ex supra dictis: Justificamur & *salvamur* (nota)

salvamur quoque, non secus ac justificamur Dei gratia, ergò non ex operibus, ergò non ex meritis, Rom. 4. 5. cap. 11. 6. Ephes. 2. 9. *Salvamur* propter Christum, Gal. 2. ult. Ergò non propter nostra merita. Hinc *ipsa ipsissima vita æterna* dicitur Dei donum, Rom. 6. 23. ac finis fidei nostræ, 1. Pet. 1. 9. Ita ut omnes simus filii Dei per fidem, Gal. 3. 26. quod si filii, utiq; & hæredes, Rom. 8. 17. vide Joh. 3. 16. 1. Johan. 5. 11. Nervus noster est, 1. Electio, 2. Justificatio, 3. Terra Canaan (typus æternæ vitæ) sunt gratuita. 4. Vita æterna datur ut hæreditas. 5. Quotidiè peccamus, 6. bonis operibus requisita quatuor meriti non competunt, 7. nec possumus sufficientes gratias Deo reddere pro acceptis beneficiis, 8. nec panem quotidianum nostris operibus promereri, 9. nec Electi ulla agnoscunt, 10. imò aliâs iis fidendum esset operibus. Audi (Forer) & cessa TU mentiri, homo impie, & blaspheme.

CAPUT V.

THESIS XLVIII.

AIS 1. *NULLAM CHRISTO, ejusq; merito fieri injuriam, si vota nuncupemus, cum opinione satisfactionis, quia saltem pro pœna temporali, non æternâ, ea fiant. 2. Pro æterna enim Christum solum Deum satisfecisse. Et tantùm hoc posterius probare loca contra se adducta,* 1. Joh. 1. 7. c. 2. 2. Esa. 43. 25. c. 63. 3. Gal. 2. 21. Resp. Utique fit Christi merito à vobis injuria: quod enim UNIUS & SOLIUS Christi

est

eſt(ut, mereri uitam æternam, ſatis facere pro peccatis, & peccatorum pœnis) id non ſine grandi ſacrilegio ipſi detrahitur, & hominibus adſcribitur. Scriptura non facit diſcrimen inter pœnas temporales & æternas : ita ut hæ ſoli Chriſto, illæ nobis quoque perſolvendæ ſint : Proba ergò ſolidè priùs tuam fictam diſtinctiunculam, & poſt loca Scripturæ citata, infringe. Sic officium Chriſti Mediatorium. 1. inter Chriſtum & nos, ſecundum diſtinctas partes ita diſtribuetur, ut Chriſtus quidem ſua paſſione nobis mereatur id, quod minus, remiſſionem culpæ, nos autem immediatè id, quod majus, vitam æternam. 2. non plenus & perfectus eſſet mediator, quia cauſæ meritoriæ alia meritoria adſuitur. 3. ineptè diverſitas Articulorum Juſtificationis & ſalvationis conſtitueretur. 4. Fruſtrà Exclusivæ particulæ, Eſa. 43. 24. 25. c. 63. 2. Act. 4. v. 12. eique æquipollentes, Heb. 10. 14. adderentur. Cùm ergò in his dictis in ordine cauſæ meritoriæ ſolum & unicum meritum Chriſti, reliquis omnibus excluſis ponatur, fruſtra illi aliud quidquam *in eo cauſarum genere* addendum, 5. non ſoli Chriſto, ſed & operibus, λύτρον, Redemptio, Satisfactio, eſſet adſcribenda; quod tamen in tota Scriptura S. nunquam fit. Nec dicitur Chriſtus paſſus pro bonis noſtris operibus, ut iis vim merendi & ſalvandi conciliaret, ſed PRO PECCATIS noſtris. 6. Infinita virtus merentis, abſolutiſſima perfectio operis, & proportio quædam correſpondens ei, cujus medium ſtatuitur, requireretur, 7. nec illa, ut in gubernatione mundi, poteſt hic eſſe ſubordinatio, quia ibi

eſſe-

effectus non excedit vires causæ, hic effectus planè ὑπερφυσικὸς, & ad causam improportionatus est, omnes omnium creaturarum vires excedens. Mendax ergo & blasphemus & absurdus Forerus est. *Mendax*, quòd Thes. 47. dicit: *Nos quoque præter Fidem ad vitæ æternæ adeptionem requirere bona opera.* Mentiris hîc & calumniaris. Toti enim Orbi patet, quod secundũ Canonẽ S. Scripturæ universa opera nostra ex Actu Justificationis removeamus. Vide Thes. 45. Bona opera verò requiramus, non ad adeptionem vitæ æternæ, sed tanquam fructus Fidei, (*per quam fidem* SOLAM JUSTIFICAMUR & SALVAMUR *gratis propter Christum*) qui sequuntur hominem jam JUSTIFICATUM. *Blasphemus* es Forere, quod Thes. 48. plenariam satisfactionem pro omnibus nostris peccatis Christo detrahis, & maximam partem tuis σκυβάλοις, stercoribus, Phil. 3. v. 8. adscribis. *Absurdus & tibi ipsi contrarius es*: Si enim habemus justificantem gratiam gratis, & sine merito, ut tu concedis Thes. 47. tunc etiam ipsam vitam æternam reipsa consequemur gratis, & sine merito nostro. *Per fidem enim justificamur &* SALVAMUR. Vide supra Thes. 47. *Qui* CREDIT *in filium*, HABET VITAM ÆTERNAM, Johan. 3. v. 36. c. 5. v. 24. *Hoc est testimonium, quod* VITAM ÆTERNAM *dedit nobis Deus, & hæc vita in filio ejus est, qui habet filium*, HABET VITAM; *qui non habet filium Dei, vitam non habet. Hæc scripsi vobis, qui* CREDITIS *in nomen filii Dei, ut* SCIATIS, *quòd* VITAM HABETIS ÆTERNAM, *& ut* CREDATIS *in nomen filii Dei*, 1. Joh, 5. v. 11. &c. Ad hoc respondes tu Forere, Thes. 47. *negando consequentiam:*

der cum omnibus orthodoxis admittit, duo enim ὀρθοδοξότατα complectitur 1. doctrinam meritorum plenam esse incertitudinis & periculi, 2. Ergò tutissimum esse, in SOLA DEI misericordia totam salutis fiduciam reponere. Ex his duobus necessariò conclusit D. D. Osiander, hoc ipsum esse, quod credant, & doceant Lutherani & quod ab ipso Bellarmino (per propriam conscientiam, & veritatis splendorem adacto & convicto) improbari non modò non potuerit, sed & ab ipsomet, firmis rationibus communitum sit. Quodque verborum illorum sonus & sensus literæ, Paulinus sit & Lutheranus, nemo nisi perversissimæ mentis homo negabit. Quod autem Bellarm. tibi post verborum carecta latet, ὅμοια λαλῶ, ἀνόμοια φρονῶ, illud (si ita fecerit isthoc in loco) ipsius candori relinquimus. Addit enim ad hæc verba glossema, quod partim verum, partim ambiguum, partim falsum est. VERUM, 1. doctrinam de fiducia solius misericordiæ DEI non ita accipiendam esse, quasi homini non sit totis viribus studendum bonis operibus: quæ & purè nostra est sententia. 2. Neminem certò scire posse, se habere vera merita. AMBIGUUM, 1. tutius esse meritorum oblivisci, & in solam misericordiam DEI inclinare. Si enim hæc adversativè intelligit, damus; si comparativè, negamus, 2. nihil esse facilius, quàm ex consideratione bonorum operum superbiam gigni. Si de meritis operum intelligit, damus; Si, ut obedientiæ debitæ, negamus. *Cùm enim omnia feceritis, quæ præcepta sunt vobis, dicite servi inutiles sumus: quod* DEBUIMUS *facere, fecimus*, Luc. 17. v. 10.

P

autem gratis propter Christum. II. Art. 27. *Tàm multæ impiæ opiniones hærent in votis, quod mereantur remissionem peccatorum, & justificationem: praoccupas: meritum de congruo, probabilem quorundam privatorum opinionem, non dogma vestræ Ecclesiæ, nec propriè meritum esse: & alias quidem præter fidem dispositiones ad justificationem requiri, sed justificationem, ex gratia fieri, & non ex merito, ex Conc. Trident.* sess. 6. cap. 8. Συντόμως. *Justificationem esse gratuitam, sed vitam æternam, meritoriam.* Resp. I. Electio, Justificatio nostra & *Salvatio*, pari passu ambulant; & quæ hujus, eæ & illius causæ sunt. Cum ergò statuatis, opera justorum, ex caritate facta, *ex Condigno* vitæ æternæ esse meritoria. Bellarm. 5. Just. c. 16. Ergò & gratia justificans, Electio, Justificatio, Salvatio, pari passu ambulant, sunt ἰσόδρομα. II. *Augustana Confessio*, falsò mendacii arguitur: Etsi enim gratis, non ex merito condigni, primam Justificationis gratiam provenire statuatis, minimè tamen opera excluditis, sed cum fide alia multa (quæ dispositiones ad justificationem vocatis) simul per meritum congrui justificare asseritis, ideoque non in solo favore Dei, ut causa principali, nec sola Christi obedientia activa, & passiva, ut causa meritoria, nec in sola fide, ut causâ instrumentali, sed in operibus quibusdam præparatoriis, in habitu infuso, adeoque dignitate propria, seu inhærente, justitiam consistere dicitis. III. Distinctio meriti de congruo & condigno, ab uno vel altero quidem in dubium vocata olim fuit, qui intelligentes, verum meritum importare opinionem condignitatis operum, & vitæ æternæ, nec

Foreri Staper. Mendacium, & Calumnia.

non obligationem & debitum creatoris ad creaturam, & audientes, in cathedris arroganter jactari merita congrui, digni, condigni, à tàm superciliosis epithetis abstinendum, & simpliciter docendum esse putârunt, opera esse merita vitæ æternæ, (adeóque etiam gratiæ justificantis, inprimis, secundæ Pontificiæ, ob rationem supra datam) non ex condigno, vel congruo, sed mera liberalitate Dei, Thom. Waldens. Tom. 3. de Sacram. cap. 7. Paulus Burgensis addit Lyra in Ps. 35. unde alii statuerunt, ea esse vitæ æternæ (adeoque etiam gratiæ justificantis) meritoria de condigno largo modo, ita, ut hoc condignum, respectu condigni propriè sumpti, possit dici congruum, respectu congrui propriè sumpti, condignum, Durand. l. 2. dist. 27. q. 2. Gregor. Arminens. lib. 1. dist. 17. q. 142. citante Bellar. l. 5. Just. c. 16. hi tantum verbis dissident, tamen *communissimè* statuunt, fatente Bellarmino, d. l. bona opera de *Condigno mereri* vitam æternam, adeoque & gratiam justificantem, inprimis Pontificio sensu Cacodoxo, *secundam. Pontificiam Ecclesiam docuisse, hominem suis bonis operibus de Condigno mereri gratiam justificantem*, patet ex Bonaventura, qui 1. sent. dist. 41. quæst. 1. sic scribit: *Meritum de* CONDIGNO *est, quando justus operatur pro seipso, quia ad hoc ordinatur gratia ex* CONDIGNO. Et rursus: *Patet igitur, quod opus meritorium comparatum ad* GRATIÆ *dignitatem, ad ipsius pollicentis veritatem, ad sui ipsius difficultatem, est meritorium* MERITO CONDIGNI. Nicolaus de Nyse. Tract. 5. part. 2 post. 3. quæst. 5. *Opus meritorium potest comparari ad principium* à QUO, *& ad finem*

pro

riam: Sed sine S. Scriptura & sine ratione. Instancia enim tua, (*quam affers, quod & nos ad adeptionem vitæ æternæ præter fidem requiramus bona opera, saltem ut fructus fidei, tametsi dicamus gratis nos justificari*) nulla est, calumnia & veritas Foreriana est, ut supra ostensum. 2. Contradicis tibi & in hoc Forere, quod in Thes. 47. & multis aliis in tuo latrocinio statuis, *hominem posse suis bonis operibus mereri vitam æternam.* In Thesi verò 48. scribis: *Catholicos non docere, se per vota, aut alia pia opera satisfacere Deo pro* POENA ÆTERNA. *Hæc enim* REMITTITUR *nobis ob* SOLIUS *Christi merita & satisfactiones, ob quas remittitur & ipsa culpa.* Quid quæso hoc Forere? Si SOLUS Christus satisfecit pro pœna æterna? Si pœna æterna REMITTITUR nobis, ob SOLIUS Christi merita & satisfactiones? & si ob has remittitur ipsa culpa? Annón donatur nobis gratis propter SOLIUS Christi merita & satisfactiones per Fidem in Christum VITA ÆTERNA? cujus privatio est æterna pœna, quam tu ipse dicis nobis remitti ob SOLIUS Christi merita & satisfactiones.

THESIS XLIX. & L.

PROBARE VIS, *REMISSA gratis culpa, & pœna æterna, reatum pœnæ temporalis, vel jam, vel aliquando in purgatorio luendum.* Idque I. ex 2. Sam. 12. v. 13. 14. 15. Nervus est, *postquam Dominus transtulit peccatum Davidis,* (pœnam æternam) *tamen punitus est morte filii* (pœna temporali.) II. Ex Num. 14. cap. 20. *De Mose & Aarone.* III. Ex Sap. 10. *Ubi peccatum Originale nobis &*

pro QUO, *& ad statum, in quo fit. Si ad principium* à QUO *fit, ratione* GRATIÆ, *quæ informat voluntatem, & facit hominem acceptum Deo, est ibi* MERITUM CONDIGNI, *&c.* Jesuitæ in Censura Coloniensi, fol. 148. 149. 159. 176. 181. 192. 210. *Inhærente Justitia, promeretur homo majorem, pleniorem, exactiorem Justitiam, reconciliationem, adoptionem, sempiterna gaudia, & vitam æternam, tanquam justam & debitam mercedem, &c.* Vides jam Forere, docuisse Ecclesiam Pontificiam, hominem suis bonis operibus de Condigno mereri gratiam justificantem; *Et non me, sed te Forerum esse stupidum & imperitum Monachum, & mendacem Calumniatorem.* IV. *Meritum de congruo* (quod vocant opus moraliter bonum, factum ex libero arbitrio, adjuto à gratiâ) semipelagianizans, esse probabilem *privatorum saltem* opinionem, falsissimum est, quid tritius apud omnes Pontificios, qui vel primoribus labris poculum abominationis Pontificiæ degustârunt? V. Ἀσύστατα sunt, dispositiones alias, præter fidem, ad justificationem requiri, sed justificationem gratis fieri: si plura requiruntur ad justificationem, quam fides, tùm justificatio non fit gratis, vel quod idem, per fidem. VI. Malè Conc. Trid. opponis August. Confess. Ea enim multis, antè illud annis conscripta fuit. Et verum est, patres illius Concilii multa palliâsse, & emolliisse, quæ Monachi & Scholastici, contra quos Apologia Augustanæ Confessionis disputat, manifestè falsa scripserunt. VII. Ut Electio, Justificatio, sic & æterna vita, & contra, ut hæc, ita & illa est gratuita, ex supra dictis: Justificamur & *salvamur* (nota)

 salva-

salvamur quoque, non secus ac justificamur Dei gratia, ergò non ex operibus, ergò non ex meritis, Rom. 4. 5. cap. 11. 6. Ephes. 2. 9. *Salvamur* propter Christum, Gal. 2. ult. Ergò non propter nostra merita. Hinc *ipsa ipsissima vita æterna* dicitur Dei donum, Rom. 6. 23. ac finis fidei nostræ, 1. Pet. 1. 9. Ita ut omnes simus filii Dei per fidem, Gal. 3. 26. quod si filii, utique & hæredes, Rom. 8. 17. vide Joh. 3. 16. 1. Johan. 5. 11. Nervus noster est, 1. Electio, 2. Justificatio, 3. Terra Canaan (typus æternæ vitæ) sunt gratuita. 4. Vita æterna datur ut hæreditas. 5. Quotidiè peccamus, 6. bonis operibus requisita quatuor meriti non competunt, 7. nec possumus sufficientes gratias Deo reddere pro acceptis beneficiis, 8. nec panem quotidianum nostris operibus promereri, 9. nec Electi ulla agnoscunt, 10. imò aliâs iis fidendum esset operibus. Audi (Forer) & cessa TU mentiri, homo impie, & blaspheme.

CAPUT V.

THESIS XLVIII.

AIS I. *NULLAM CHRISTO, ejusq; merito fieri injuriam, si vota nuncupemus, cum opinione satisfactionis, quia saltem pro pœna temporali, non æternâ, ea fiant. 2. Pro æterna enim Christum solum Deum satisfecisse. Et tantùm hoc posterius probare loca contra se adducta,* 1. Joh. 1. 7. c. 2. 2. Esa. 43. 25. c. 63. 3. Gal. 2. 21. Resp. Utique fit Christi merito à vobis injuria: quod enim UNIUS & SOLIUS Christi

est

est(ut, mereri uitam æternam, satis facere pro peccatis, & peccatorum pœnis) id non sine grandi sacrilegio ipsi detrahitur, & hominibus adscribitur. Scriptura non facit discrimen inter pœnas temporales & æternas: ita ut hæ soli Christo, illæ nobis quoque persolvendæ sint: Proba ergò solidè priùs tuam fictam distinctiunculam, & post loca Scripturæ citata, infringe. Sic officium Christi Mediatorium. 1. inter Christum & nos, secundum distinctas partes ita distribuetur, ut Christus quidem sua passione nobis mereatur id, quod minus, remissionem culpæ, nos autem immediatè id, quod majus, vitam æternam. 2. non plenus & perfectus esset mediator, quia causæ meritoriæ alia meritoria adsuitur. 3. ineptè diversitas Articulorum Justificationis & salvationis constitueretur. 4. Frustrà Exclusivæ particulæ, Esa. 43. 24. 25. c. 63. 2. Act. 4. v. 12. eique æquipollentes, Heb. 10. 14. adderentur. Cùm ergò in his dictis in ordine causæ meritoriæ solum & unicum meritum Christi, reliquis omnibus exclusis ponatur, frustra illi aliud quidquam *in eo causarum genere* addendum, 5. non soli Christo, sed & operibus, λύτρον, Redemptio, Satisfactio, esset adscribenda; quod tamen in tota Scriptura S. nunquam fit. Nec dicitur Christus passus pro bonis nostris operibus, ut iis vim merendi & salvandi conciliaret, sed PRO PECCATIS nostris. 6. Infinita virtus merentis, absolutissima perfectio operis, & proportio quædam correspondens ei, cujus medium statuitur; requireretur, 7. nec illa, ut in gubernatione mundi, potest hic esse subordinatio, quia ibi

effe-

effectus non excedit vires causæ, hic effectus planè ὑπερφυσικὸς, & ad causam improportionatus est, omnes omnium creaturarum vires excedens. Mendax ergo & blasphemus & absurdus Forerus est. *Mendax*, quòd Thes. 47. dicit: *Nos quoque præter Fidem ad vitæ æternæ adeptionem requirere bona opera.* Mentiris hic & calumniaris. Toti enim Orbi patet, quod secundũ Canonẽ S. Scripturæ universa opera nostra ex Actu Justificationis removeamus. Vide Thes. 45. Bona opera verò requiramus, non ad adeptionem vitæ æternæ, sed tanquam fructus Fidei, (*per quam fidem* SOLAM JUSTIFICAMUR & SALVAMUR *gratis propter Christum*) qui sequuntur hominem jam JUSTIFICATUM. *Blasphemus* es Forere, quod Thes. 48. plenariam satisfactionem pro omnibus nostris peccatis Christo detrahis, & maximam partem tuis σκυβάλοις, stercoribus, Phil. 3. v. 8. adscribis. *Absurdus & tibi ipsi contrarius es*: Si enim habemus justificantem gratiam gratis, & sine merito, ut tu concedis Thes. 47. tunc etiam ipsam vitam æternam reipsa consequemur gratis, & sine merito nostro. *Per fidem enim justificamur &* SALVAMUR. Vide supra Thes. 47. *Qui* CREDIT *in filium*, HABET VITAM ÆTERNAM, Johan. 3. v. 36. c. 5. v. 24. *Hoc est testimonium, quod* VITAM ÆTERNAM *dedit nobis Deus, & hæc vita in filio ejus est, qui habet filium*, HABET VITAM; *qui non habet filium Dei, vitam non habet. Hæc scripsi vobis, qui* CREDITIS *in nomen filii Dei, ut* SCIATIS, *quòd* VITAM HABETIS ÆTERNAM, *& ut* CREDATIS *in nomen filii Dei*, 1. Joh. 5. v. 11. &c. Ad hoc respondes tu Forere, Thes. 47. *negando consequentiam*:

der cum omnibus orthodoxis admittit, duo enim ὀρθοδοξότατα complectitur 1. doctrinam meritorum plenam esse incertitudinis & periculi, 2. Ergò tutissimum esse, in SOLA DEI misericordia totam salutis fiduciam reponere. Ex his duobus necessariò conclusit D. D. Osiander, hoc ipsum esse, quod credant, & doceant Lutherani. & quod ab ipso Bellarmino (per propriam conscientiam, & veritatis splendorem adacto & convicto) improbari non modò non potuerit, sed & ab ipsomet, firmis rationibus communitum sit. Quodque verborum illorum sonus & sensus literæ, Paulinus sit & Lutheranus, nemo nisi perversissimæ mentis homo negabit. Quod autem Bellarm. tibi post verborum carecta latet, ὅμοια λαλῶ, ἀνόμοια φρονῶ, illud (si ita fecerit isthoc in loco) ipsius candori relinquimus. Addit enim ad hæc verba glossema, quod partim verum, partim ambiguum, partim falsum est. VERUM, 1. doctrinam de fiducia solius misericordiæ DEI non ita accipiendam esse, quasi homini non sit totis viribus studendum bonis operibus: quæ & purè nostra est sententia. 2. Neminem certò scire posse, se habere vera merita. AMBIGUUM, 1. tutius esse meritorum oblivisci, & in solam misericordiam DEI inclinare. Si enim hæc adversativè intelligit, damus; si comparativè, negamus, 2. nihil esse facilius, quàm ex consideratione bonorum operum superbiam gigni. Si de meritis operum intelligit, damus; Si, ut obedientiæ debitæ, negamus. *Cùm enim omnia feceritis, quæ præcepta sunt vobis, dicite servi inutiles sumus: quod* DEBUIMUS *facere, fecimus*, Luc. 17. v. 10.

v. 10. FALSUM, 1. & ἀνώτατον, hæc de misericordia DEI non ideò dici, ac si in bonis operibus non sit confidendum. (Si enim in sola misericordia DEI confidendum, Ergò non in operum meritis.) 2. & quasi bona opera non sint vera justitia. 3. Aut quasi judicium DEI sustinere non possint. Optimè ergò optimus noster Cancellarius adversarii ingenuam, & singulari capite benè instituta deliberatione editam confessionem protulit, *in meritis, propter incertitudinem & periculum, non fidendum, sed in sola* DEI *misericordia, & benignitate totam salutis fiduciam reponere, tutum, tutius, tutissimum esse.* Simile quod affers, pro nobis militat, jacendo humi tutissimi sumus à casu, stando non, juxta id Apostolicum, 1. Cor. 10. *qui stat, videat, ne cadat*: & absurdus es valdè: scilicet, ne cadamus, tutius tibi est, è lapsu non assurgere, sed lapsum jacere: Euge quàm apposite? Alterum claudicat. Moderatus vini usus, & opera meritoria inprimis supererogatoria, de quibus potissimùm agis, & quæ nulla sunt, non conveniunt, nec in una sede morantur. Sed sui Defensionem Cancellarius noster in præmissa Præfatione satis edidit, eò te nunc remitto.

THESIS XLVII.

JAM DICIS: *HOMINEM sive votis, sive aliis bonis operibus de* CONDIGNO *non mereri gratiam justificantem, ideò cum Pregitzero, Augustanam Confessionem gemini accusas mendacii,* 1. quod dixerit. I. *Vos docere: Hominem consequi remissionem peccatorum propter propriam dignitatem, non*

autem

autem gratis propter Christum. II. Art. 27. *Tàm multæ impiæ opiniones hærent in votis, quod mereantur remissionem peccatorum, & justificationem: præoccupas: meritum de congruo, probabilem quorundam privatorum opinionem, non dogma vestræ Ecclesiæ, nec propriè meritum esse: & alias quidem præter fidem dispositiones ad justificationem requiri, sed justificationem, ex gratia fieri, & non ex merito, ex Conc. Trident.* sess. 6. cap. 8. Συντόμως. *Justificationem esse gratuitam, sed vitam æternam, meritoriam.* Resp. I. Electio, Justificatio nostra & *Salvatio*, pari passu ambulant; & quæ hujus, eæ & illius causæ sunt. Cum ergò statuatis, opera justorum, ex caritate facta, *ex Condigno* vitæ æternæ esse meritoria. Bellarm. 5. Just. c. 16. Ergò & gratia justificans, Electio, Justificatio, Salvatio, pari passu ambulant, sunt ἰσόδρομα. II. *Augustana Confessio*, falsò mendacii arguitur: Etsi enim gratis, non ex merito condigni, primam Justificationis gratiam provenire statuatis, minimè tamen opera excluditis, sed cum fide alia multa (quæ dispositiones ad justificationem vocatis) simul per meritum congrui justificare asseritis, ideoque non in solo favore Dei, ut causa principali, nec sola Christi obedientia activa, & passiva, ut causa meritoria, nec in sola fide, ut causâ instrumentali, sed in operibus quibusdam præparatoriis, in habitu infuso, adeoque dignitate propria, seu inhærente, justitiam consistere dicitis. III. Distinctio meriti de congruo & condigno, ab uno vel altero quidem in dubium vocata olim fuit, qui intelligentes, verum meritum importare opinionem condignitatis operum, & vitæ æternæ, nec

Fereri Staper. Mendacium, & Calumnia.

tiam: Sed ſine S. Scriptura & ſine ratione. Inſtantia enim tua, (*quam affers, quod & nos ad adeptionem vitæ æternæ præter fidem requiramus bona opera, ſaltem ut fructus fidei, tametſi dicamus gratis nos juſtificari*) nulla eſt, calumnia & veritas Foreriana eſt, ut ſupra oſtenſum. 2. Contradicis tibi & in hoc Forere, quod in Theſ. 47. & multis aliis in tuo latrocinio ſtatuis, *hominem poſſe ſuis bonis operibus mereri vitam æternam.* In Theſi verò 48. ſcribis: *Catholicos non docere, ſe per vota, aut alia pia opera ſatisfacere Deo pro* POENA ÆTERNA. *Hæc enim* REMITTITUR *nobis ob* SOLIUS *Chriſti merita & ſatisfactiones, ob quas remittitur & ipſa culpa.* Quid quæſo hoc Forere? Si SOLUS Chriſtus ſatisfecit pro pœna æterna? Si pœna æterna REMITTITUR nobis, ob SOLIUS Chriſti merita & ſatisfactiones? & ſi ob has remittitur ipſa culpa? Annón donatur nobis gratis propter SOLIUS Chriſti merita & ſatisfactiones per Fidem in Chriſtum VITA ÆTERNA? cujus privatio eſt æterna pœna, quam tu ipſe dicis nobis remitti ob SOLIUS Chriſti merita & ſatisfactiones.

THESIS XLIX. & L.

PROBARE VIS, *REMISSA gratis culpa, & pœna æterna, reatum pœnæ temporalis, vel jam, vel aliquando in purgatorio luendum.* Idque I. ex 2. Sam. 12. v. 13. 14. 15. Nervus eſt, *poſtquam Dominus tranſtulit peccatum Davidis,* (pœnam æternam) *tamen punitus eſt morte filii* (pœna temporali.) II. Ex Num. 14. cap. 20. *De Moſe & Aarone.* III. Ex Sap. 10. *Ubi peccatum Originale nobis &*

actuale Adamo dicitur remissum, manentibus interim in nobis & Adamo temporalibus pœnis. IV. Ex ratione: *Christus satisfecit pro culpa originali, & tamen nobis pœna mortis temporalis luenda. Quæ autem ratio peccati originalis, ea & actualium.* V. *Augustin. citas pro te*, In Psal. 50. VI. Locum Jer. 31. 34. *Qui in contrarium possit objici, de æterna, non temporali pœna intelligi.* VII. *Exemplo Ninivitarum, Jon. ult.* VIII. *Populi Israelitici*, 2. Paral. 7. IX. *Danjelis*, c. 4. X. Ratione: *Si justi possunt per bona opera mereri præmia aliqua in cœlo & in terra*, fatente August. Confess. *Ergò & poterunt obtinere à Deo, remissionē pœnæ temporalis.* ℟ I. In Genere per instantiam, si ex illa temporali pœna, piis etiam post remissionem culpæ & pœnæ æternæ exantlanda, firma est ἀπόδειξις, non OMNEM peccati pœnam remissam esse, tùm & in Baptismo non fiet plena culpæ & pœnæ remissio. Nam & infantes baptizati mortis mortique sunt obnoxii. II. In Specie. Resp. ad I. Verum quidem utplurimùm, imò apud omnes homines etiam post acceptam remissionem peccatorum, pœnas temporales, & inprimis morbos temporales, ipsamque mortem naturæ remanere, sed illam pœnę luitionem esse satisfactoriam coram Deo, negamus: Castigationes saltem sunt, facientes ad majorem peccatorum agnitionem, sunt προφυλακτικὰ καὶ ἀντίδοτα peccatorum, καὶ παραδειγματικὰ, ut nostro Exemplo alii à peccatis abstineant, ut ex 2 Sam. 12. 14 patet. Ad II. Numer. 14. v. 19. 20. 21. 22. ubi dicitur Deus dimisisse peccata populi, & tamen postea temporaliter demùm punit carentià visionis terræ Canaan, & c. 20.

Thesi 36. scribit Forer: Nullam esse futuram vitam, nisi æternam vitam. In hac verò Thesi sua 49. etiam PVRGATORIVM esse futuram vitam, & sic AETERNAM Quid enim est futura vita, nisi æterna vita? Th. 6. Videtis bellam consonantiam!

v. 24.

v. 24. eadem est responsio. Ad III. In nobis manent quidem istiusmodi pœnæ aliundè (ex peccato originali) contractæ (pœnalitates vocant Scholastici) & manserunt in Adamo etiam sponte attractæ: Illæ per pœnitentiam, nec in Baptismo, nec extra eum penitùs tolluntur, cùm concupiscentia prava adhuc in carne (mortificata licet & refracta) sit, & baptizati quoque pœnis ipsius Pecc. Original. temporalib. sint obnoxii. Hæ sunt vel civiles, à Magistratu irrogatæ, quas non tollit pœnitentia vel in Baptismo, vel extra, quia Evangelium non abolet politias, vel tales, quas Deus ipse reconciliatis infligit, ibi quidem etiam pii, post impetratam peccatorum remissionem tàm I. COMMUNES, quàm II. SINGULARES habent, vi exemplorum à te, non sine ignoratione Elenchi, allatorum, sed tamen eæ nec semper, nec omnibus, has singulares, quibus peccata remittit, immittit, exemplis Paralytici, Matth. 9. mulieris peccatricis, Luc. 7. Publicani, Luc. 18. Zacchæi, cap. 19. Petri, Matth. 26. ita, ut generaliter nequeat dici, remissâ culpa, manere debitũ luendarũ singularium pœnarum, si autem imponuntur piis, non imponuntur, ut sint merita remissionis peccatorum, vel compensationes pœnæ æternæ, vel satisfactiones pro peccatis, sed, ut suprà paucis attigi: Ut sint I. respectu aliorum publica indicia judicii divini adversus peccata, Num. 12. 14. 2. Sam. 12. 14. etiam in suis domesticis, 1. Pet. 4. 17. Respectu II. ipsorum piorum sunt memoriale & quasi chirographum præcedentium, & cautelæ futurorum, ut magis in ipsis accendatur & crescat in

eis odium & detestatio peccati, timor Dei, fides, sollicitè curans, ut gratiam retineat, & in bonitate permaneat. III. Sunt & pœnitentiæ & patientiæ exercitia, &c. quæ alibi fusiùs tractata nondum ab ullo solidè refutata sunt. Ex dictis solutio omnium reliquorum Argumentorum fluit. Parco papyro, ne tibi ansam papyro-thecas conficiendi, easque pipere implendi, olim pharmocopolæ præbere videar.

THESIS LI.

Vorer fatetur Thes. 51. Opera bona (Ieiunium, Eleemosynam, Orationem, Vota) Pontificiis MOLESTA esse, secundum illud scilicet Psal. 110. v. 3. Populus tuus SPONTANEVS. Et 2. Cor. 9. v. 7. NON EX MOLESTIA, aut ex necessitate: Nam HILAREM datorem diligit Deus.

NEGAS 3. NOSTRUM ARgumentum, vota satisfactoria cedere in ignominiam Christi. Resp. I. statuitis, Meritum Christi non solummodò vitam æternam nobis promeruisse, sed & nostris operibus, eandem promerendi acquisivisse. At hoc solidè refutatum est modò suprà. Hisce contra, si vires. Quæ de subordinatione nostrorum operum merito Christi addis, & simili illustras, nego tertium comparationis inter hæc duo similia. Deus non solus in naturalibus gubernat omnia, quia creaturis concessit aliquem influxum ad effectũ producendum, quod in nostris operibus nego, ibi enim proportionatus, hîc improportionatus agendi modus est.

CAPUT VI.

THESIS LII.

PROBARE STUDES *Vota posse esse perpetua, exemplo* I. *Annæ*, I. Sam. I. v. II. II. *Mariæ*, Luc. I. 34. III. *Apostolorum*, Matthæi 19. v. 27. *teste Augustino*, IV. *Pauli, qui ideò reprehen-*

prehendat viduas, quod primam fidem irritam fecerint, 1. Tim. 5. 12. V. à pari. *Mulier se viro, sponte contracto matrimonio, obligare potest.* Ergò, *& alius, sponte nuncupato voto, potest se Deo perpetuò obligare*, & à minori: *libero servos suos licitum est in perpetuum alteri locare, cur non & Deo?* Resp. I. Γενικῶς, de votis in genere loquendo, ubi 1. statuimus, etiam in N.T. quendam adhuc piorum votorum, id est, sanctarum promissionum, quibus nos spontè adstringimus ad faciendum quippiam in specie bonum, quod alioquin nõ ita facere teneremur, usum esse: Et, 2. sicut statuimus, talia vota adhuc præstari posse, (sine tamẽ opinione cultus meritorii,) quæ vota, à ceremonialibus seu V.T. propriis, distinguenda, & ita temperanda sunt, ut non modò ad facultates nostras, itemque, specialem vocationem, verùm etiam ad libertatem Christianam accommodata esse appareat, (multa enim in genere sunt libera, seu per se indebita, quæ tamen, cum ad speciales circumstantias descenditur, per quoddam accidens sæpè necessaria fiunt.) Uti (inquam) hæc de votis statuimus, ita & illa, licitè ita suscepta, & quidem de rebus possibilibus, in potestate nostra positis, suscepta, vel 1. ad præcidendum occasionem peccatorum. 2. vel gratitudinem extraordinariam, & peculiarem erga Deum, pro singularibus ipsius beneficiis testificandam. Vel 3. ad pietatem, & devotionem nostram, si nimis hanc frigidam ac remissam esse sentiamus, acriùs in nobis excitandam, vel 4. ad impendens aliquod Dei flagellum, peccatis nostris attractum, per solenniorem quandam abstinentiam, & ferventiores preces

felicius avertendum, perpetua esse debere statuimus. At Pontificia talia esse negamus. II. ἰδικῶς. Ad I. totum antecedens dando. Erat 1. votum ceremoniale, ergò in N. T. abrogatum: confundis ergò cultum ceremonialem, & quidem V. T. proprium cum morali, & omnium sæculorum communi, multa enim in V. T. ad cultum Dei externum requisita fuerunt, quorum jam ampliùs, Christo exhibito, & cessante Pædagogia Mosaica legali, nullus usus est, ut patet ex Lev. 27. Nũ. 6. & 30. Deut. 12. & 23. 2. Erat votum possibile, vires neque Annæ voventis, neque Samuelis, qui erat materia voti, excedens. Neque etiam Annæ piæ voto, Samuel vel ad arbitraria Eli præcepta, (tanquam voto obedientiæ) neque ad paupertatem, multò minùs ad cœlibatus votum, (qualia vestra illa fatua sunt vota) unquam obligatus, fuisse legitur: sed solùm ad Deo (secundum expressa divina præscripta) apud Tabernaculum, inserviendum. At talia non esse vota Pontificia infra patebit, inprimis quoad votum continentiæ. Excipis, *Anna potuit, de filio, quem nondum habuit, vovere, cur non & nos de re, quam habeamus jam, ut de nostris bonis voluntate scilicet, cum plus juris habeamus in bona nostra, quàm filium.* Resp. I. à posse ad esse non valet consequentia. Non quæritur, quid in N. T. *possimus* facere, sed *quid velit Deus* nos facere. Da 1. mandatum, 2. promissionem, 3. exemplum Christianos obligans, de votis faciendis, & Phyllida solus habeto. 2. Ex abundanti non negamus in rebus licitis possibilibus Exemplo Hannæ, ob dictas rationes etiam in N. T. nos posse vovere. At hæc nihil

hil ad tria, ut vocant, essentialia monachorum vota, vel ob harmoniam svavissimam Pontificiam, quatuor, votum *missionis*, quo se obstringunt ad legationes, in quascunq; terræ partes subeundas, missi à Romano Pontifice, introductam, quo melius avaritiam, auri sacram famem possent explere. Interim hoc verum est: Vos facere vota de rebus (per Comparationem cum Hanna) quas non habetis: hoc est, de Continentia, quam vovent multi non habentes. Resp. ad II. Totum negando! Fuit enim *Maria* desponsata, ità ut Maria & Joseph aliquando convenire debuissent, Matth. 1. 18. quod vocabulo illo satis exprimitur, συνελθεῖν. Sicut igitur Matthæus dicit, *Josephum non cognovisse Mariam*, ita in Luca inquit Maria, *virum non cognosco*, id est, nondum versor in cubili conjugali: Ut autem ex illo non sequitur, Josephum; ita nec ex hoc, Mariam, voto virginitatis se obstrinxisse. *Virum non cognoscere, nihil aliud est,* dicit Forer, *quàm votum castitatis perpetuæ.* Ergò à natura contrariorum, virum *cognoscere*, nihil aliud est, quàm votum castitatis non vovere, vel non vovisse, & sic Moniales multæ, quæ votum voverunt, & tamen viros agnoverunt; & multi Monachi, Sacerdotes & Jesuvvitæ, qui votum voverunt castitatis, & tamen mulieres cognoverunt, *votum non voverunt*. Et si quidam fatentur verum, dicentes: *Mulierem cognosco, non volunt tantùm dicere* (agnoscis ne Forer tuas glossas indignissimas Theologo) *jam actu cognosco, sed* LICET MIHI COGNOSCERE; *alias ineptissimè responderent: Mulierem cognosco;; Virum agnosco. Quod profectò non dicerent, si Deo antè, votum castitatis vovis-*

Absurdissimus (Cancellarius olim) Forer.

vovissent. 2. Virum non cognosco, est nihil aliud, quàm votum castitatis perpetuæ: per illa namq; verba, VIRUM NON COGNOSCO, *non voluit tantùm dicere, jam actu non cognosco, sed* NON LICET MIHI COGNOSCERE. Subsumo: *Sed omnes & singulæ pudicæ & castæ Virgines in Papatu possunt verè & sincerè dicere:* VIRUM NON COGNOSCO. *Ergò omnes & singulæ pudicæ & castæ virgines in Papatu, voverunt castitatis votum perpetuæ, & per illa verba;* VIRUM NON COGNOSCO, *non volunt tantùm dicere, jam actu non cognosco, sed* NON LICET MIHI COGNOSCERE. Dignus est hic Cancellarius hoc officio propter glossas, quibus verbo Dei vim infert tàm manifestam. Sumpserunt Pontificii hanc opinionem ex Apocryphis traditionibus. Extat enim Protevangelium Jacobi, ubi narratur, Mariam anno 3. ætatis, accensis lampadibus per puellas solenniter ductam fuisse, in templum, & juxta votum consecratam, in Sancto Sanctorum ipsam de manu Angeli cibum accepisse, anno verò 12. ætatis Angelum apparuisse Pontifici, & jussisse, ut alicui ex maritis viduis traderetur in custodiam virgo servanda. Et hæ fabulæ ipsis, quos citas, fateor, patribus imposuere, sicut Epiphanio spelunca Bethlehemitica, & Augustino commentitium hoc votum Mariæ. In templo enim, & sub Sacerdotibus V. T. votum perpetui cœlibatus prorsus ignotum fuit, nec mandatum, nec exemplum habens. Unde licet Anna voverit Deo Samuelem filium, ille nihilominus tamen, 1. Sam. 8. 1. uxoratus fuit, liberorum enim ejus fit mentio. Ad *Patres*, inprimis Augustinum à te citatum, repono Augustinum. Resp. ad

Fabula Pontificiis Canonica.

III. iti-

III. itidem negando. Optimè solvit hoc Argumentum, Apol. Aug. Confess. mihi, p. 131. a. b. editionis Tubing. Anno 1611. Reliqua, quod Apostoli perpetuò omnia reliquerint, damus, sed non ex voto paupertatis ita dictæ Pontificiæ, sed in peculiari casu singularis vocationis, qua perpetuos Christi comites illos omnium locorum esse tùm oportebat. Nos autem ipsi in genere loquendo spontaneā paupertatem, ex pia & gravi quâdam causâ susceptam fortè, non contemnimus, non tamen ipsam Monasticam, in specie sic dictam, hoc est, Monachorum, & Monialium propriam, spontaneam, & temerariam paupertatem (imò non paupertatem, ut in qua potiùs est omnium affluentia rerum, ex alieno longissimè suppeditata) abominamur, ut superstitiosam, ac Idololatricam, verboque Dei contrariam. Ad verba autem illa: *Vade & vende omnia, &c.* optimè denuò Apologia dicto in loco, p. 132. a. b. solvit. Quæ addis de Nazaræis, de illis alibi erit dicendi locus; de Rechabitis suprà. Resp. ad IV. denuò negando. Cramben recoquere non libet. Vide suprà. Resp. ad V. cum grano salis concedendo, sed nil pro votis tuis. Ad I. nostram instantiam; Deo, non hominibus esse obediendum: reponis, Deum etiam per homines imperare ex Luc. 10. at proba, quod vota per homines in Novo Testamento imperârit. Ad II. Mulieri esse de subjectione Viri præceptum, Monacho non: reponis, id negando, at nefariè: sedulus scilicet Scripturæ Lector es. Inspice Ephes. 5. 22. 24. Col. 3. 18. Locus 1. Cor. 7. loquitur de speciali extraordinario casu, tempore


R per-

persecūtionis, adeoq́ue comparatè. De quo suo loco plura. Concludis generalem hanc partem: *Si dantur revera aliqua bona opera non præcepta, quæ cum intentione colendi Deum, & promerendi vitam æternam, ac satisfaciendi pro pœnis temporalibus fas est, Deo in perpetuum promittere & solvere, tunc revera licita sunt vota Catholicorum, & è contrario impia & injuriosa in Deum, & Catholicam Ecclesiam est doctrina Lutheranorum, &c.* Subsumo: *Sed falsum esse antecedens ex præmissis Sacræ Scripturæ dictis patet. Ergo falsum est & consequens.*

Secunda Pars.

Caput I.

Thesis LIII.



A VOTIS IN GENERE, procedis in specie ad *votum castitatis perpetuæ, idq́; licitum esse, dicis probari,* EX SCRIPTURA. *Et profers primò omnium* PATRES *quosdam, quos tamen non nominas, qui beatissimam virginem ejusmodi voto obstrictam fuisse colligant ex illo,* Luc. 1. v. 34. VIRUM NON COGNOSCO. (NB. S. S. Patres sunt Forero S. Scriptura.) 2. dicis, *Christum quoq́; votum castitatis laudare,* Matth. 19. v. 11. 12. 3. *Donum illud dari* OMNI PETENTI, Matth. 7. Luc. 11. Resp. I. Γενικῶς: Continentiam & cœlibatum verum quod spectat, in personis, dono continentiæ præditis, non improbamus. Pontificiam au-

autem continentiam (scilicet) damnamus meritò I. quia nullæ actiones sunt Deo acceptæ, nisi spontaneæ, liberæ, voluntariæ, Exod. 35. v. 5. 21. Psal. 54. 8. 2. Cor. 9. 7. Philem. v. 14. II. Quia apertè Matrimonium imperatur, iis, qui 1. Cor. 7. v. 2. 9. 1. Tim. 5. v. 14. stimulum carnis patiuntur. III. quia continentia est donum Dei, quod non omnibus indifferenter datur, Matth. 19. 11. 1. Cor. 7. 7. Resp. II. ἀδήλως: Et ad I. miserrimè illud esse detortum, & nimis puerile, Exemplum Mariæ, tanquam controversum, afferre loco argumenti, seu probationis. In hunc enim usque diem votum illud Mariæ nullo testimonio vel argumento Scripturæ idoneo potuit confirmari. Et Maria subdolè delusisset Josephum, si ante Angelicam salutationem (sicuti Pontificii nugantur) votum fecisset. Nam & post Angelicam salutationem Josephus habuit animum copulandi eam sibi matrimonio, seu animum consummandi matrimonium, sicuti patet ex Matth. 1. v. 18. &c. plura vide supra Thes. 52. Ad II. Negamus: Loco enim Matth. 19. v. 11. 12. Christus I. suadet quidem, ac suo modo vult, ut dono specialis continentiæ prædití rectè utamur, sed nobis ideò licitum esse, perpetuam continentiam, præsertim antequam ipsi nos satis exploraverimus, solenniter vovere, aut votum istud, quocunque modo factum, tanquam si in conscientia obligatorium esset, etiam contra conscientiam servare, negamus. Aliud enim est eo, quod jam habeas, rectè uti, quamdiu quidem id revera habeas, aliud autem, in perpetuum id vovere, quod vel non verè habeas, vel, si habeas, quamdiu habiturus sis, ignores. II. Christus castratio-

nem ipsam non præcipit, sed, ut rem quandam singularem, quæ certis hominibus extra ordinem contingat, & ad promovendum Dei regnum (quod nihil aliud est, quàm, ut possent tunc temporis liberiùs Evangelium propagare, quod servârunt continentiam, citra votum, citra coactionem, non tamen in perpetuum, nec omnes, nisi illi, qui poterant abstinere. Et unicè tum temporis propter Regnum Cœlorum, quod per totum Orbem annunciandum) valdè accommodata sit, ita commemorat, ut obiter eam commendet quidem, & commendando capientibus suadeat, non tamen CUIQUAM absolutè præcipiat, aut mandet. III. Ipsi Pontificii nullũ aliâs hîc præceptum, sed CONSILIUM agnoscunt. Cur ergò Legem cœlibatus ex h. l. elicere satagunt? IV. Damus, virginalem continentiam nobis aliquatenus esse possibilem, si præseriim ipsam continendi voluntatem divinitùs in nobis jam excitatam esse sentiamus, sed tamen eandem absque speciali Dei dono. (Quod 1. nec naturale, 2. nec ad salutem necessarium. 3. nec omnibus petentibus promissum, sed 4. singularem Dei vocationem respiciat,) nobis per totam vitam esse impossibilem. V. Per Regnum Cœlorum potest intelligi, 1. æterna beatitudo, 2. Ministerium Evangelii, Matth. 13. 3. exercitia fidei, patientiæ, pietatis, invocationis: Augustinus & Brẽtius in primo significatu sumunt, quod ut supra attigimus, suo modo damus, modò non adstruatur, cœlibatum vel esse meritum vitæ æternæ, vel applicationem ad eam. VI. Eunuchorum, 3. ponuntur genera 1. qui corpore ad conjugium

Propter Regnum Cœlorum se castrare non denotat vitam æternam, quasi isti ex opere operato vitam æternam promereantur. Sed significat pietatis exercitia 2 qui enim dono continentiæ sunt praediti

jugium inepti, vel natura, vel accedente aliquo vitio, 2. qui per violentiam ab hominibus castrati, 3. qui quidem apti, sed castrant se propter Regnum Cœlorum, & de hoc tertio genere ait Paulus 1. Corinth. 7. 25. Præceptum Domini non habeo, v. 36. si nupserit, non peccat, Matth. 19. 12. *qui potest capere, capiat*, scilicet is, *cui*, v. 11. *est datum*. VII. Verba, qui potest capere, capiat, esse verba hortantis Christi, nego, si hortantis, etiam præcipientis: suadentis sunt. *Hieronymus* autem, quem adducis, *in hac re meritò suspectus est, nimium enim Monasticæ & virginitati, contra expressa loca Scripturæ, favit*: Esto autem Christum hortari, hortatur tamen 1. eos tantùm, ut capiant, qui capere possunt, 2. tempus pro capientium facultate relinquit liberum. 3. neminem necessariò adstringit, 4. de solis Monachis verba non facit, 5 propter continentiam obtineri Cœlorũ Regnum, non dicit. Resp. ad III. distinguendo. Dona Dei sunt varia. 1. naturalia. 2. gratuita & supernaturalia, & horum rursus alia 1. simpliciter ad salutem necessaria, alia 2. ne valdè utilia quidem, nedum planè necessaria, alia 3. omnibus petentibus promissa, alia 4. non nisi sub hac vel illa conditione. Jam verò donum continentiæ, non est commune quoddam, sed *singulare* Dei donum, nam Matthæi 19. 11. *non omnes capiunt verbum illud*, v. 13. *qui potest capere, capiat*, quæ verba loquitur Christus *non ad infideles* vel *remissiores*, sed ad ipsos Apostolos, & quidem tunc, cum significarent, sibi magis placere cœlibatum, v. 10. indè respondet iis, v. 11. Ne autem intelligatur donum continentiæ, ut cætera dona, de

rectè (si utile videatur magis) manent cœlibes, ut ad verbum, vel docendum, vel audiendum, & pietatis exercitia sint promptiores.

quibus 1. Cor. 4.7. Jac. 1.17. ideò dicitur 1. Cor. 7. v.7.17. 37. *Unusquisq; proprium donum habet ex Deo, alius quidem sic, alius autem sic, &c.* Hic affirmat Paulus, *Donum continentiæ esse ex Deo*; Et Forer in Thesi hac 53. dicit, quod verbum illud capere possit, cui DATUM sit. In Thesi verò 58. sibi rursum contradicit Forer, asserens, *castrationem castitatis* (non esse à Deo, sed) *esse opus proprium, adeoq; in nostra potestate situm.* Et Thesi 59. seq. iterum hoc negat, & concedit continentiam esse donum Dei. Ad Dicta illa Scripturæ, Matth.7.v.7. & Luc.11. v.9. & 10. quod attinet: *Omni*
Matth.7. Luc.11. *petenti dabitur; & quærens inveniet, & pulsanti aperietur*, sunt illa *contra* Pontificios. Exhortatur enim ibi Christus sic ad preces, ut simul fidelibus suis *certam* (contra Pontificiorum dubitationem) *exauditionem* spondeat. Est generalis promissio consolationis plenissima; *Omnis*, inquit Christus, sive Rex, sive servus, sive dives, sive pauper, sive mas, sive fœmina, sive sanus, sive infirmus, &c. *qui petit, accipit.* Sed quid petendum? Num donum continentiæ Pontificiæ, & sensu Pontificio? Minimè, verùm id, quod Dominus jussit, & quod se præstiturum promisit, unius summa in *Oratione Dominica* comprehenditur, Luc. 11. v. 2. &c. Monstra jam tu Forere mihi mandatum in Oratione Dominica, de petendo dono continentiæ Pontificiæ, & faciendo voto Pontificio: monstra promissionem exauditionis; Scripturam, Scripturam, Scripturam proferas, peto. *Omnia sunt petenda ex* FIDE. *Quæcunq; enim orantes petitis,* CREDITE *quod accipitis, & erunt vobis*, Marci 11. v. 24. Sed tu Forer non CREDIS, quia dubitas,

& dubi-

& dubitandum esse doces. NEQUE POTES CREDERE in Oratione tua pro voto tuo monastico vel faciendo, vel conservando. Fides enim nititur verbo Dei, mandato & promissione Dei; aliâs non potest consistere; sed est perpetua dubitàtio, sicuti Pontificiis perpetuò dubitandum est. Produc, si potes mandatum vel promissionem Dei de votis vestris monasticis & hypocriticis hypocrita. *Credendum nobis esse*, dicit Christus, *si precemur.* Sed quid? Num, Deum nos exaudire propter vota Pontificia, propter merita nostra, vel aliorum hominum? absit, absit longissimè. Hæc enim non est fides, sed incredulitas, & infidelitas. Credendum autem est 1. quod Christus reconciliârit nos Deo patri per mortem suam, & impetraverit nobis remissionem omnium peccatorum. 2. quod velit Deus nobis id præstare, quod *ex jussu & promissione ejus* precamur. Cum igitur vos Pontificii de votis vestris nullum habeatis mandatum Dei, nullam promissionem Dei, frustrà petitis, frustrà quæritis, frustrà pulsatis. In dono ergò continentiæ respiciendum est 1. ad Dei voluntatem, mandatum & promissionem, 2. ad nostram vocationem, & 3. ad facultatem nostram divinitùs concessam. 4. Et potest homo à Deo petere isthoc donum: cùm autem animadvertit, se nil impetrare, rectè facit, ad media ab ipso Deo, contra Ustiones carnales ordinata progrediendo. Et: si omnes debent orare, & orando certò possunt impetrare continentiæ donum: Paucissimi sanè inter vestrorum Ordinum Monasticorum homines, verè orantes reperiantur necesse est: cùm

quæ

quæ illorum sit impurissima affectata continentia, quotidianæ ab ipsis perpetratæ turpitudines, & experientia loquantur.

THESIS LIV.

AIS, *PER EVNUCHOS INtelligi non tantùm eos, qui* I. *se solùm continent, sed &* II. *qui se non possunt non continere, adeoq́ necessariò contineant. Eunuchos autem hoc loco necessariò se continere,* 1. *non ob vitium naturæ, quibus si contradistinguantur* (DAMUS ID,) 2. *nec ob Legem aliquam communem, nullã enim talem dari* (ET HOC LARGIMUR) *Ergò* 3. *ex aliqua Lege particulari,* (voto) *quod eos faciat Eunuchos, id est,* MORALITER *ad usum cõjugii impotẽtes* (negamus ob falsum præsuppositum.) Ergò paucis: Resp. Eunuchos hos, Matth. 19. necessariò se continere, falsissimum est, proba, si vires: Ergò. Cętera ruinoso huic fundamento superstructa, non aurum erunt, argentum, aut lapides, sed ligna, fœnum, stipulæ. RECOQUIS CRAMBEM BELLARMINI, *castraverunt se*, non *castrant: innuens, eos unicâ actione voluntaria (voto) quasi amputasse sibiipsis facultatem nuptias contrahendi.* Resp. Infirmitas sequelæ: I. firmum propositum hominis potest esse, etiam sine voto. II. Eo, quod seipsi dicuntur castravisse, non tamen docentur SOLI facere excluso dono & vocatione Dei. 3. Est etiam Christiani uniuscujusq; votum, communi significatione dictum, id est, religiosa promissione est unusquisque obligatus Domino, non solùm ad vocationem communem ipsius, verùm etiam ad particularem colendam & sequen-

ſequendam in Domino. Patres adducis, ad quos à noſtris pridè Bellarmino, eos adducenti reſponſum eſt. Acta non agimus. Tu ſemper petis principium: Proba ex S. Scriptura, Matth. 19. confirmari votum cœlibatus Pontificii: Proba Apoſtolos (cum plurimi ex illis fuerint uxorati, vide Diſput. 1. de votis, Theſ. 137. & 138.) & beatiſſimam Virginem eodem voto, Pontificio ſcilicet, fuiſſe obſtrictos: Proba. Nos non diſputamus, quid hic vel ille Pater Apoſtolis vel beatæ Virgini tribuerit, ſed quid verum ſit. *Verbum autem Dei eſt veritas.* Johan. 17. v. 17.

THESIS LV.

LOCUM 1. TIM. 5. V. 11. 12. INſigniter pervertit inſignis ſcilicet Interpres Scripturæ Forer, ſcribens: *nomine Fidei nihil aliud, quàm votum caſtitatis intelligi poſſe. Etenim de illa fide hic ſermonem eſſe, quæ irrita fiat, & violetur per* NUBERE. Verùm conſiderandum diligenter, non quid vel hic, vel ille deblateret, ſed quam ſententiam fidei analogam, Rom. 12. v. 6. Verba & circumſtantiæ Textus præbeant. *Non enim ullus certior, quàm Scriptura ſui ipſius interpres eſt.* Primò omnium verò ſciendum, quæ fuerit ratio Collegii Viduarum tempore Apoſtolorum, id quod non per conjecturas exquirendum, aut ex Patrum Scriptis diſcendum. Habemus enim manifeſtas deſcriptiones, Act. 6. & 1. Tim. 5. quod ſcilicet viduas pauperculas, parentibus, liberis, amicis, reque familiari, omnique ſubſidio deſtitutas, Eccleſia in ſuam curam recipiebat, ut Eleemoſynis Eccleſiæ ſuſtentarentur. Non quod

Locus Apoſtoli de viduis, 1. Timoth. 5. non nos, ſed Pontificios premit, imò urit frigidum Forerum.

S ſenti-

ſentirent viduitatem per ſe eſſe peculiarem cultum Dei, ſed quia inter pauperes, viduarum præcipuè habendam eſſe rationem verbum Dei præcipit. Pro qua ſuſtentatione Eccleſia viciſſim ipſarum opera, ad curam pauperum, peregrinorum, afflictorum & ægrotorum utebatur, quod colligitur ex v. 10. Diverſiſſima igitur eſt ratio viduarum Paulinarum, & cœlibatus Pontificii. 2. Viduæ hæ Paulinæ non voverunt votum Pontificium. *Votum* enim definiunt Pontificii *eſſe propoſiti ſupererogantis promiſſionem, ſeu de bono meliori, quod ſit magis meritorium.* Jam verò erant tunc in Eccleſia, qui ſuis laboribus victitabant, & de ſuo Eleemoſynas contribuebant. Hæ autem viduæ propter inopiam ex Eleemoſynis vivere cogebantur. Num igitur opus ſupererogationis, melius bonum, magis meritorium eſt, & dignum ſolenni voto eſt propter inopiam accipere Eleemoſÿnas, quàm vel labores manuum ſuarum manducare, vel de ſuo impertiri egenis? Non meminerunt Pontificii verborum Domini Jeſu, quod ipſe dixit: *Beatum eſt* DARE POTIUS, *quàm accipere.* Act. 20. v. 35. Alia verò quæſtio eſt, an viduæ illæ fortaſſis habuerint propoſitum in viduitate permanendi, quod nos nec ſimpliciter affirmamus, nec ſimpliciter negamus. Non verò opus eſt ex veterum quorundam diſputationibus conquirere, an ſolenni voto, viduitati ſeſe aſtrinxerint, cum abjuratione matrimonii in perpetuum, ſub conditione æternæ damnationis, cum extet diſertis verbis deſcriptum propoſitum ſeu decretum cœlibatus tempore Apoſtolorum, 1. Cor. 7. v. 37. *qui ſtat firmus in corde.*

Viduæ Paulinæ non voverunt votum Pontificium.

corde ſuo, &c. ubi v. 35. expreſsè additur illa conditio; *non ut laqueum vobis injiciam, &c.* 3. Quia Paulus dicit, viduas illas lapſas habere *damnationem,* quæritur quodnam illarum fuerit tàm atrox peccatum? *Forerus ſcribit, quia voluerint* (poſt votum ſcilicet) *nubere,* ut Text' oſtẽdat. Sed videamus an textus hoc oſtendat, an verò Forerus Textum ἀπαιδεύτως & malitiosè depravet. Sic verò diſtinguit Textũ Forer: *Adoleſcẽtiores viduas devita: Cum enim luxuriatæ ſint, in Chriſto nubere volunt habentes damnationem, quia primã fidem irritam fecerunt.* Verum D. Paulus non dicit *in* Chriſto, ſed *contra* Chriſtum, & particula illa non poteſt referri ad verbum *nubere*, ſicuti & pueri, qui Elementa linguæ græcæ norunt, videre poſſunt. Dicit enim Paulus καταστρηνιάσωσι τοῦ χριστοῦ. Et quomodo tàm atrox peccatum eſſet *in Chriſto nubere?* cum 1. Cor. 7. v. 39. Paulus dicat: *Vidua nubat, cui vult, modò* IN DOMINO. *Et unus eſt Dominus Jeſus Chriſtus,* 1. Cor. 8. v. 6. Cauſam verò damnationis harum viduarum Paulus valdè ſignificanter deſcribit. Non autem ſimpliciter dicit, quod voluerint nubere, ſed cum *adverſus Chriſtum luxuriatæ fuerint*, nubere volunt. Et quatuor ordine recenſet peccata. 1. petulanter laſciviebant contra Chriſtum. 2. In officio erant negligentes v. 13. 3. Occaſionem dabant adverſario blaſphemandi ſanam Evangelii doctrinam, v. 14. 4. Deſerta via Domini ſequebantur Satanam, v. 15. Non igitur opus eſt viduis hiſce, ex incertis veterum commentis, peccata de votis fabricare, cùm atrociſſima ipſarum peccata damnationem ſecum trahentia, Paulus expreſſis verbis com-

Ob quodnam peccatum habuerint viduæ damnationem.

Fides PRIMA quæ. memoret. Paulus dicit, viduas illas habere damnationem, quia *primam* fidem irritam fecerint. Hic quæritur, quam fidem hoc loco Paulus intelligat. Forer ex Bellarmino scribit, *per fidem hic votum continentiæ intelligi.* Cum verò vota cœlibatus, qualia apud Pontificios fieri solent, tempore Apostolorum non fuerint, sicuti in I. & hac II. Disp. de votis ostensum est, & vocabulum fidei pro voto in Sacra Scriptura nullibi usurpetur, quæ est analogia Fidei Foreriana, Fidem pro voto cœlibatus interpretari? Si enim votum viduitatis dicatur *prima* fides, respectu ejus fidei, qua *secundis nuptiis* se obligare volebant: certè non rectè dicetur *prima*, quia ante votum viduitatis, fidem priori marito dederant, & ante hanc Christo in Baptismo. Et hoc modo *nō prima*, sed *secunda*, aut etiam *tertia* potius fides esset votum viduitatis. Quam verò Fidem Paulus hoc loco intelligat, explicat ipse in eadem hac priori Epistola ad Timotheum, in qua extant exempla hujus phraseos aliquoties repetita, ut cap. 1. v. 19. *Nonnulli repulsâ bona conscientia circa* FIDEM *naufragiū fecerunt.* c. 2. v. 16. *si manserint* IN FIDE. c. 4. v. 1. *quidam deficient à* FIDE *attendentes doctrinis Dæmoniorum.* cap. 5. v. 8. paulò ante sententiam illam, de qua hic agimus: *qui suis & maximè domesticis non providet*, FIDEM *abnegavit, & est infideli deterior, &c.* quæ sententiæ omnes loquuntur de vera, viva, & justificante fide, quam docent excuti, & amitti 1. per peccata contra conscientiam: 2. admisso errore in fundamento, aut fundamento Religionis subverso. Jam verò in hoc loco de viduis eadem extat phrasis de abjecta fide,

Fides in Scriptura nusquam accipitur pro voto propriè sic dicto.

fide, & res etiam congruunt. Probat enim Paulus, quasdam viduas abjecisse fidem per peccata contra conscientiam, nonnullas verò defectione à fundamento. Quod verò PRIMAM fidem vocat, vult dicere Paulus: Viduas illas fidem, quam anteà habuerunt, & qua Deo placuerunt, per luxuriam abjecisse & amisisse: Juniores viduas tandem ita luxuriare, ut nubant quædam non inter Christianos, sed inter Ethnicos, adeoq; in gratiam novorum maritorum primam fidem, quam Christo fuerant professæ, abjiciant. Quando enim Scriptura mutationem factam describit, vel collationem instituit inter id, quòd anteà seu priùs fuerat, & inter id, quod secutum est, tunc hoc modo utitur vocabulo πρώτυ, ut Matth. 12. v. 45. Luc. 11. v. 26. 2. Pet. 2. v. 20. *Posteriora hominis illius fiunt pejora* PRIMIS τῶν πρώτων, *quàm prius aut antea fuerat.* Et Apoc. 2. v. 4. 5. *Habeo adversum te, quod charitatem tuam* PRIMAM *reliquisti: memor igitur esto, unde excideris, & age pœnitentiam, &* PRIMA *opera fac.* Hic locus apertissimè explicat phrasin illam Pauli de *prima fide.* Et ex Patribus etiam quidam, per PRIMAM fidem rectè & cum Scriptura, intelligunt eam, quam in Baptismo amplexi & professi sumus, quam irritam reddi sentiunt, per doctrinas hæreticas, ut Athanasius lib. 6. de Trin. Hieronymus in Præfatione Epistolæ ad Titum. Et Vincentius Lyrinensis contra prophanas hæreseon novitates. 5. Paulus experientiâ edoctus, quàm facilè juniores viduæ mutent propositum in cœlibatu permanendi, & quæ inde pericula nascantur, si secundùm quod proposuerant qui-

Testimonia Patrum de prima fide.

dem, continere se non possint, seriò mandat, etiamsi juniores viduæ cum tali proposito se offerant, ne recipiantur, sed *vidua eligatur non minor annis sexaginta*, in qua ætate flammæ libidinum facilius possunt reprimi. Certè hic unius Pauli locus, fulmen potentissimum est, uno ictu prosternens omnia Pontificiorum vota. Quot enim sunt, qui post annum sexagesimum demùm voverint cœlibatum? Et sic locus ille Pauli de viduis, vers. 11. 12. patrocinatur nihil Pontificiorum sententiæ de votis cœlibatus Pontificii vel faciendis, vel factis. Juniores enim viduas non vult recipi, v. 9. & receptas, seu ut loquuntur Justitiarii, professas, si continere non possint, vult nubere, v. 14. quorum utrique Pontificiæ Ecclesiæ doctrina & praxis repugnat. 6. Argumentor ex verbis Foreri, contra ipsum Forerum: *Cujus Fidei violatio habet damnationem, de illa hic est sermo*, Thes. 55. lin. 13. 14. *Sed violatio Fidei in Baptismo data, habet damnationem. Ergò de illa hic est sermo.* Major tua est. Minorem non potes negare. Ergò conclusio vera. Quod addis; *Viduas illas in Baptismo non promisisse, se non velle nubere: Ergò nubendo, in Baptismo datam fidem non fecisse irritam.* Verissima sunt hæc, & te Forerum inscitiæ, & occæcatæ mentis convincunt. Promiserunt viduæ illæ in Baptismo, se velle omnia peccata fugere, non petulanter lascivire cõtra Christum; vocatione verò & officio suo fideliter defungi, nullam occasionem dare adversario maledicendi & blasphemandi sanam Evangelii doctrinam, nec velle se sequi Satanam, &c. Hæc promiserunt in Baptismo, & non, se non velle nubere.

Ergò

Ergò nubere volentes non peccârunt illæ viduæ, & nubendo per se, in Baptismo datam fidem non fecerunt irritam, & per consequens, non habuerunt damnationem propter id, quod nubere voluerunt, (vult enim Paulus juniores viduas nubere. v. 14.) sed quod contra Christum petulanter lascivierunt & fidem, quam Salvatori in Baptismo dederant, per vitæ impuritatem nefariè resciderunt & violârunt.

THESIS LVI.

PATRES ET CONCILIA transcribis ex Bellarm. sed centies jam ad illa omnia responsum. Transeant ergò. Non nescis, rem ita esse. Quod circa finem hujus Capitis omnem tuam bilem in nos, quos vocas, castitatis Nerones, *&c.* instar canis rabiosi evomis, nil curamus; non hæc Theologum, sed *rabulam & agyrtam* decent. Nolumus redhostire. *Forer rabula & agyrta.*

CAPUT II.

THESIS LVII.

JAM AD CARDINEM REI accedis, probare tentans, votum castitatis esse in nostra potestate: Proponis primò nostra Argumenta. I. Ex Sap. 8. II. ex Matth. 19. III. ex 1. Cor. 7. IV. ex simili exemplo, ab eo, qui voveat Eleemosynam, ita & castitatem perpetuam, post incidat in morbum (ita in morbum concupiscentiæ) voto esse liberatum. Agnoscimus nostra hæc esse Argumenta.

THE-

THESIS LVIII.

Quasi verò Christus, vel OMNIBVS suasisset, vel OMNES hoc CAPERE asseruisset.

PROPONIS SECUNDO negativam. I. *Quia eam Christus suadeat*, Matthæi 19. v. 11. 12. 1. Cor. 7. *neminem autem suadere ad id proposito præmio, quod excedat nostram potestatem.* Nervus est: *Impossibilia nemini suadentur, votum castitatis suadetur, Ergò, &c.* II. *Quia aliàs Christo dicendum fuisset, non homines seipsos, sed Deum eos castrasse.* III. *Quia Paulus dicat: Quod vult faciat.* 1. Cor. 7. vers. 32. QUI STATUIT IN CORDE SUO FIRMUS, NON HABENS NECESSITATEM, *sed potestatem suæ voluntatis servare, virginem suam, benè facit.* Ita citas August. lib. de grat. & lib. arb. cap. 4. IV. *Quia Patres id ὁμοψήφως apud Bellar. 2. Monach. 31. statuant.* Resp. ad I. Christus suadet non absolutè & simpliciter, omnibus, sed restrictivè, & limitatè illis tantùm, qui ut capiant, peculiare hoc donum à Deo acceperunt. Sic verum est, impossibilia nemini, cui sunt impossibilia, suaderi. Suadentur autem dono continentiæ præditis, quibus non ampliùs hæc sunt impossibilia, sed possibilia. SI OMNIBUS SUADERET *indefinitè* hominibus, tum valeret tua sequela, at non omnibus suadet. *Pauci enim capiunt, &c.* Ad II. Quod quis per alium facit, id ipse fecisse videtur. Licet ergò dicatur, homines hos SEMETIPSOS castrâsse, non tamen inde sequitur, Deùm illud non per ipsos fecisse, inprimis cum ipsorum in viribus sit à Deo peculiariter & specialiter concessis, continentiam vovere. Ad III. loquitur de iis, qui peculiariter dono continentiæ sunt præditi, iis optio-

nem

nem dat, vel nubendi, vel non. Sed de hoc specialius infra. In v. 37. (non v. 32. ut vitiosè citas) hoc tantùm Paulus asserit, nos, quoad conjugium, ob præsentem & instantem tùm temporis necessitatem, non habere necessitatem, sed potestatem voluntariam. Loquitur de nuptiis virginum, quas parentibus liberas facit, si non obstet virginum infirmitas, ut continere non possint, si, ut ait, non urantur. Illud verò, BENE, vel, MELIÙS facit, non moraliter, sed civiliter significare, utiliter, vel utilius facit, ex suprà dictis patet. Ad Augustinum, quem citas, quod attinet, fatetur ipsemet contra te, *non omnes capere verbum hoc, sed quibus datum sit.* 2. Chrysostomus (locum tu non citas, ubi scribat illud) pro nobis scribit; tremendam scilicet PROPHETIS ET VETERIBUS (castitatem.) Eandem nunc (scilicet non Prophetis, non Veteribus, sed novis Pharisæis Hypocritis, Monachis, Jebusitis) facilem, levemq; existimari. Concedimus: quid vis amplius Forere?

THESIS LIX.

QUÆ HIC BLATERAS, Thes. 53. suprà soluta sunt: Proba, Proba; si vir es: donum castitatis & continentiæ secundum voluntatem Dei petendum est: Ergò cuicunque (posthabita hac Dei voluntate) petenti, statim id dabit. Monstra quæso in tota S. Scriptura *voluntatem Domini*, de voto Pontificio faciendo. Ubi quæso promisit Dominus, se *Omnibus, Omnibus & singulis petentibus*, Donum continentiæ daturum? Ubi? quo libro? quo capite? quo versiculo? quibus ver-

bis? Si igitur in tota S. Scriptura voluntas Domini, de voto Pontificio petendo vel servando monstrari nequit; quomodo possunt Pontificii petere Donum continentiæ *secundum voluntatem Domini*, quæ nusquam legitur in S. Scriptura? Semper igitur urgemus contra te dictum illud, 1. Johan 5. v. 14. quia semper principium petis. Probandum enim tibi est, Donum continentiæ Pontificiæ peti *secundum voluntatem Domini*. 2. Cares quoque fiducia, quam Johannes requirit. Dubitas enim, & dubitandum doces. Denuò, si vir es, infringe prius solidum nostrum, quod repeto, responsum, annón donum continentiæ multis est laqueus, 1. Cor. 7. exemplo viduarum, 1. Tim. 5. 12. ita ut melius sit eas nubere, 1. Cor. 7. Non statim petenti donum quoddam speciale, & supernaturale, Deus largiri vult. Quod subjicis de Fide, *in Scriptura specialem promissionem, de illa non posse ostendi*, blasphemia & veritas Foreriana est. Quid enim quæso magis urgetur in S. Scriptura, quàm Fides in Filium Dei, per quam salvamur? *Prædicate*, dicit Christus Apostolis, Marc. 16. vers. 15. 16. *Evangelium* OMNI *Creaturæ, qui* CREDIDERIT, *&c. Resipiscite &* CREDITE *Evangelio*, Marc. 1. v. 15. *Hoc est opus Dei, ut* CREDATIS *in eum, quem misit ille. Hæc est* VOLUNTAS *ejus, qui misit me, ut omnis qui videt filium, &* CREDIT *in eum, habeat vitam æternam.* Johan. 6. v. 29. 40. *Deus annunciat hominibus, ut* OMNES UBIQUE *resipiscant.* Act. 17. v. 30. *Venite dicit Dominus*, Esai. 55. v. 1. &c. *Omnes, qui sititis, & qui non habetis argentum, properate, emite & comedite: Venite, emite absque argento: Audite audientes me, inclinate aurem vestram, & veni-*

[redacted] *Forer turpissime utitur hic ludo: quasi non in promissionibus illis (ut omnis. qui credit, &c. ut universalibus, inclusæ sint omnes species, & omnia individua, hac Fide prædita, &c.*

& venite ad me: audite, & VIVET anima vestra, & feriam vobiscum pactum sempiternum, &c. Monstra tu Forere jam tale mandatum ullum divinum de voto tuo fictitio & hypocritico Pontificio, monstra voluntatem Domini, monstra promissionem Domini. Sed non potes in æternum. Ergò secundo rursus blasphemus es in misericordiam Dei universalissimam, producens illud Pauli, 2. Thess. 3. v. 2. *Fidem non esse omnium*, ac si Deus nollet omnibus hominibus etiam Verbum Dei legitimè, pædagogicè, audientibus, Fidem largiri. Blasphemia est. Deus enim vult, ut OMNES homines Verbum prædicatum audiant, & per illud in Christum credant. Imò, *per auditum verbi in his, qui non spernunt consilium Dei adversus seipsos*, Luc. 7. v. 30. neque actuali & contumaci reluctantur malitia, *Conversionem &* FIDEM *ipse seriò operari desiderat.* Testantur hoc promissiones Evangelicæ supra dictæ, & plures aliæ. Matth. 11. v. 28. *Venite ad me* OMNES, *qui laboratis & onerati estis: Ego* REFICIAM *vos.* Luc. 24. v. 47. *Oportet prædicari pœnitentiam, & remissionem peccatorum in* OMNES GENTES. Johan. 1. v. 7. *Hic venit, ut testimonium perhiberet de lumine, ut* OMNES CREDERENT *per illum, &c.* Et in hac voluntate sua Deus tantam constantiam exhibet, ut ne quidem impiis & obstinatis (*sicuti & tibi quoq, impio & obstinato Forero*) Verbum suum (eo fine, ut inde fidem hauriant & salventur) offerre dedignetur, Esa. 55. v. 2. *Tota die expandi manus meas ad populum* INCREDULUM. Et v. 12. *Vocavi, & non respondistis: Extendi manum meam & non fuit, qui aspiceret.* Prov. 1. v, 24. Matth. 23. v. 37. *Quoties volui con-*

Blasphemia Foreri Calviniana.

gregare te, sicut gallina pullos suos, & NOLUISTI

2. Thess. 3. Quoad locum Apostolicum. 2. Thess. 3. v. 2. *Fides non est omnium*; emergit vitium Accidentis. Nam Deus largitur & donat fidem hominibus non immediatè, sed mediatè, nempe per Organum verbi *prædicati & auditi; Fides enim est ex auditu: auditus autem per verbum Dei*, nempe Evangelii, *quod est potentia Dei ad salutem omni credenti*. Rom. 1. v. 16. cap. 10. v. 17. Quid mirum ergò, si illi, qui verbum hoc contemnunt, vel cum præjudicio audiunt, Fidem non concipiant, sed *Verbum hoc fiat ipsis* (ex Accidente) *odor mortis ad mortem*. 2. Cor. 2. v. 16. unde conspicitur, insigniter blasphemum esse *Forerum*, docentem, *nullam specialem promissionem ostendi posse in Scriptura de Fide*. Origenem adducis (at qui is authenticus sine authentica Scriptura! Hanc, hanc profer. Audiant Mosen & Prophetas, Luc. 16.) & Tertull. & Hieron. de Hieronymo suprà. Tertullianus non contra nos.

THESIS LX.

AD LOCUM 1. COR. 7. V. 7. *Unusquisq; proprium donum habet, unus sic, alius autem sic*, dicis, *unicuique Deum dare necessariam gratiam ad eum statum, quem quisque sibi sibi* (adde, secundum expressum Verbum Dei, quod autem nititur 1. nullo verbo Dei, nec 2. exemplo, 3. nec promissione, id falsò sibi quisq;) *eligit, inde tamen non sequi, Deum non omnibus daturum donum castitatis, si peterent omnes*. Utrique sequitur, quia castitas non est donum quoddam Spirituale, omnibus

Status Monasticus non est legitimus status. Caret enim Dei mandato, & promissione, & exemplo probato.

pijs;

piis commune, & simpliciter necessarium, ut sunt fides, spes, caritas, de quibus vera sunt loca, Phil. 1. 6. Ps. 70. 18. Rom. 11. 29. sed extraordinarium planè speciale, quod *pauci* capiunt. II. Falsissiimum est, quod dicis, *Deum paratum esse continentiam omnibus dare, qui omnes ad eam hortetur.* Annón dicit, PAUCI *capiunt Verbum hoc*, quomodo ergò OMNES? & hoc non est hortantis: cum dicit: *qui potest capere, capiat*, dicendum ipsi fuisset: Omnes debent capere. III. Paulus, dicendo: *Volo omnes esse sicut meipsum*, desiderasse id, do, at hoc desiderium non directè ipsum conjugium respicit, sed *continentiam*, quæ etiam in conjugatis esse potest, sed de hoc infra. Quæ blatero deblateras *de capacitate actus primi & secundi*, illam, licet non hanc omnes habere, frivola sunt & falsa, Christi Dicto contraria. Hieron. l. 1. contra Jovinianum: *Si omnes virgines esse* POSSENT, *nunquam Dominus diceret: qui* POTEST *capere, capiat.* Et *Apostolus in suadendo* non trepidaret, *de virginibus præceptum Domini non habeo.* Si actu secundo ureris, quid juvat te actu primo esse virginem, id est, posse quidem esse virginem. Thais actu primo etiam erat capax continentiæ, quid juvabat! Actu hoc tuo primo Cœnam sume, & ego actu primo capacitatem tuam admittam. Et elumbe hoc tuum est effugium. Si disputamus de continentia & ustione, quis Tyro est, qui nesciat, nobis de continentia & ustione actuali, non potentiali sermonem esse: nos quærimus de alliis, tu respondes de cæpis. Non omnes homines habent donum continentiæ! negas, imò omnes possunt in potentia (nunquam in actum deducenda) habere! En cadaver consequentiæ!

Forer non tantùm actu primo, sed ipsissimo actu secundo est calumniator & mendax.

THESIS LXI.

HIC QUÆDAM VERA ponis; quædam ambigua; quædam falſa. VERA, 1. eſſe quædam dona Dei, quæ dentur ſine hominis cooperatione, ut ſunt robur corporis, pulchritudo, Prophetia, & hæc non eſſe in noſtra poteſtate. 2. alia conſiſtere in auxilio divino, ſine quo non faceremus id, quod cum tali auxilio facimus, 3. nos neque credere, nec Deum diligere poſſe ſine dono gratiæ. AMBIGUA, 1. ea ipſa dona eſſe, etiam noſtri arbitrii, tametſi liberaliter donētur. Si enim de donis in hemiſphęrio hoc inferiori & foro ſoli intelligis, quoquo modo do: ſi in ſuperiori, & foro poli, nego: in his enim nulla noſtra *ἱκανότης*, 2. Cor. 3. 5. ſed meriſſima *οὐδενότης* eſt. FALSA. 1. fidem, ſpem, charitatem eſſe noſtri liberi arbitrii. Pelagianus eras, ſcribens & addens, in poteſtate noſtra ſitum eſſe credere, ſperare, diligere Deum, fides enim in totum & tantum donum Dei eſt. Si credere in tua poteſtate eſt, cur non credis? cur ſcribis, neminem POSSE credere ſeu certum eſſe, ſe in gratia Dei eſſe? neminem debere credere, ſed dubitare? ſed fiet tibi, miſerande Forer, ſicuti dubitas.

THESIS LXII.

Forerus eſt, & manet ſibi ſimilis.

NEGAS TERTIUM IN noſtro ſimili. *Si quis promiſerit miniſtrare ægrotis, incidat in morbum,* 1. *retinere adhuc voluntatem paratam ſerviendi, & cogi, non ſervire, non*

contra is, qui continentiam voverit. Breviter: *Ibi esse τὸ voluntarium, hic, τὸ voluntarium voto contrarium.* 2. *Incontinentiam pendere à voluntate, morbum non.* 3. *Morbum simpliciter ministerium, ustionem non item castitatem reddere impossibilem, vi ejus Apostolici:* OMNIA POSSUM IN EO, QUI ME CONFORTAT. Resp. ad I. Negando. Qui utitur, & nubit, monente Apostolo, benè facit illimitatè, sive voto obstrictus, sive non. Ad II. Inficiando. Multi vellent esse continentes, non possunt. Vide Sap. 8. 1. Velle (in suo tertio huc applicando, scio enim quod iste locus directè rem non feriat) adjacet mihi, non aût τὸ perficere, Rom. 7. Ad III. itidem negando. Qui utitur, ei castitas est impossibilissima, est enim incontinens, si non actu, tamen habitu, si non effectu, tamen affectu, si non opere, tamen re, & cogitatione. Applica locum, Matth. 5. 28. Locus Apostolicus sinistrè est allegatus. Nil ille de continentia. Deindè omnia potest in eo Paulus (per gratiam) qui eum confortat. Proba, Deum confortare, vel velle confortare eos, qui vovent votum continentiæ. Quàm autem plures ex iis confortentur à Deo, exitus acta probat. *Omnia possum in eo*, dicit Paulus, *qui me confortat*; quæ nimirùm ad salutem, & illustrandam Dei gloriam sunt necessaria. Alioqui enim cur non potuit à se aufferre stimulum carnis, quod ter se à Deo petiisse scribit, nec impetrâsse? sed quid verbis opus est? Annón Pauli habemus testimonium in 1. Cor. 7. v. 7. quo ostenditur, non esse cuivis homini datum continere? *Unusquisq;*, inquit, *suum proprium donum habet, alius quidem sic, alius verò sic.* Quid? An-

Annón Christus ipse dixit? *Non omnes capiunt Verbum hoc, qui* POTEST *capere, capiat.*

CAPUT III.

THESIS LXIII.

V*OTUM CASTITATIS contra naturam non esse, contra Luth. & nos, quos injuriâ ex Hieronymo castitati invisos asseris; & prius nostra argumenta proponis.* 1. *Quia Deus nil faciat frustrà.* 2. *Quia in homine naturalis sit propensio ad generandum sui simile.* Resp. I. Hieronymus non contra nos. Castitatis hostes nequaquam sumus, aliàs & talis Deus ut foret, qui amicus conjugii, in quo etiam est castitas, necessùm esset. II. Lutherus non absolutè, sed comparatè dicit, conjunctionem maris ac fœminæ perindè ac cibum, potum & somnum necessaria esse. Malitiosus calumniandi pruritus te modò incessuit. III. Verissimè à Luthero dictum: ut non est in meis viribus, ut vir non sim, ita non est, ut absque muliere sim. Respexit enim necessitatem conjugii. 1. ratione finis, propter conservationem speciei humanæ. 2. Instinctus naturalis à Deo implantati, qui enim naturæ hominis inserit appetere cibum ac potum, idem etiam indidit appetere sui multiplicationem, quæ fit per legitimum usum conjugii, & distinguendum inter ipsam Dei bonam ordinationem, & ἀταξίαν, ordinationi illi, ex nostri vitio concurrentem: hæc semp. mala, illa nunquã non bona est. Naturę igitur suæ & legitimæ ordinationi adversatur, qui matrimonium

gii accusas ob introductionem Articuli *ὰς*, *ipse sacrilegus es:* Articulus enim ille nihil probat, loquitur enim indefinitè de se & Barnaba, ita ut necesse non sit, unam in specie uxorem articulatim nominare. 8. Clementem, quod concernit, unde argumentari potes, si maximè Apostoli uxores suas circumduxerint, tamen inter eos conjugale officium cessâsse; respondeo, incertum per æquè incertum probari, & quid opus fuit circum ducere uxores, si officium conjugale cessavit? Et, si maximè ad tempus cessâsset, non propterea desierunt esse conjuges, imò Paulus maximè conjugibus concessit, 1. Cor. 7. 5. ut conjugale officium ad tempus intermittant precum causa, sed ita, *ut iterum conveniant.* 9. Excipias, *Apostolos habuisse potestatem in illas mulieres, non ut virorum in uxores, sed ut doctorum in discipulos.* At hoc falsum. Unde enim probabis, doctoribus eam concessam esse potestatem circumducendi τὰς τυχόσας mulieres in comitatu. 10. Adde, quod vox generalis γυνὴ in Scriptura frequentissimè de uxoribus seu conjugibus usurpetur, non de quavis muliere, Matth. 1. v. 20. c. 19. 3. 4. 8. 9. c. 22. v. 24. 25.

THESIS LXVIII.

D. MEISNERI DILEMMA, aut concubinam, aut uxorem hic intelligendam esse flagellas; dando tertium (mulieres religiosas) exemplo Christi, Luc. 8. sed ea omnia, quæ quoque ultra addis, solidè thes. 67. refutata sunt.

THESIS LXIX.

D. HOE TRIA ARGUMENTA solvere vis, I. Gratis prædicavit Paulus, & victum labore manuum comparavit, 1. Cor. 4. 12. ergò à nulla matronarum victum accepit. Concedis id; sequi, Paulum nullam quidem talem victus administram circumduxisse, quod des: hoc tantùm te velle, *illic per sororem mulierem, victus administram, non uxorem intellexisse.* Fateor, Paulum loqui hic de circumductione, ut ita loquar, non actuali, sed potentiali, se æquè habere potestatem circumducendi sororem mulierem, sed quod illa soror mulier, non uxor, sed matrona alia victus suppeditans, intelligenda sit, scopo Paulino reclamat. Non onerâsset Paulus Ecclesiam, si divitem quandam matronam, victus ipsi suppeditantem, circumduxisset. II. Grave futurum fuisse, si matronæ perpetuò sumpt⁹ suppeditarēt in tanta itinera; negas, *quia Paulus nullam circumduxerit.* Ergò, *nec grave fuisse ulli tali sorori mulieri eum sumptu suo sustentare*, addis tamen, *potuisse eos diversis locis diversarum matronarum liberalitatem experiri.* Resp. Ipsa intentio Pauli magis, quàm actus inspiciatur. Intendit Paulus se *potuisse* id facere, noluisse, & addit D. Hoë: Paulum ideò hoc, quod potuerit, noluisse, & non facere intendisse, ne gravaret Ecclesiam. Cætera præter calumnias te, tuisq; Suitis dignas, nulla, vel saltem frivola sunt.

THE-

THESIS LXX.

JAM DEVOLVERIS AD 1. Cor. 7.
locum, 1. Cor. 7. & ais verba, *melius esse nubere, quàm uri, de solutis, nõ voto obstrictis intelligenda, nec te contradicere Christo & Paulo*, I. *Quia alias Ambrosius, Hieronymus, Augustinus, & alii eis contradixissent.* Quasi verò nunquam id fecerint. Sexcenties factum. Largitur id ipse tuus Bellarm. l. 3. de amiss. grat. & statu peccati, cap. 7. l. 4. de Eucharist. cap. 10. Potuit ergò & hic. II. *quia sequeretur, omnem etiam conjugatum, qui uritur, ita indifferenter ancillam, aliamve posse adire*, sed nego, conjugato enim est conjugium
Fœtet filius τȣ̃ διαβόλȣ Mendacii Mendax.
non tantùm medium (prolificationis) sed & remedium, contra ustionem. Sed ad simile quid suprà quoque responsum. Ita ut tua quæ addis ex ore infernalis Draconis, Patris tui mendacis, eructeris. An autem nos, an verò tu Turcizes, vide omninò libellum Londini impressum de Turco-Papismo, Anno 1604.

THESIS. LXXI.

III. QUIA CONTRADICERET sibiipsi, 1. Tim. 5. 12. at supra th. 55. ad id responsum. IV. Quia non sit præceptum, sed permissio tantùm. Ergò, votum castitatis non tolli, ut probatum sit à Bell. c. 30. at id est falsissimum, & Bellar. sæpissimè jam refutatus. Cur crambe hæc recoquenda!

THE-

THESIS. LXXII.

QUOMODO PAULUS, 1. Cor. 7. Generaliter loquatur, *melius esse nubere, quàm uri*, illud ipse limitat, applicando illud ad personas, dono castitatis non ditatas. Quod autem locum, 1. Tim. 5. 12. concernit, suprà Thes. 55. responsum est. Cætera, quæ addis, *κίϐδυλα*, spuria & non nisi Jesuvvita digna sunt, id est, coràm vana, falsa, absurda, rejectanea. Quæ calumniaris, resorbe. Improbitatis & calumniæ ocymum feris.

THESIS LXXIII.

AD VERBA PAULI (CONsilium do) respondes, I. *distinguendo inter virginitatis devotionem, & virginitatis devotæ servationem, illam non quidem Paulum præcipere, nec expressè, consulere, non prohibere tamen*, (quod in loco de viduis, 1. Tim. 5. 12. sit videre) *hanc expressè, contra salaces & petulcos prædicantes consulere.* Quid si do distinctionem! nil id ad tuã Helenam, virginitatis devotæ servationem consulit personis dono continentię prędītis, & qui Matth. 19. 11. possunt capere, nec consulit eum in finem tuum spurium & supposititium, quasi illa virginitatis devotæ servatio sit vitæ æternæ meritoria, sed 1. Cor. 7. 26. *propter præsentem necessitatem*, & v. 28. *quia conjugati tribulationem carnis habent, ut v. 34. possint eò melius curare, quæ sunt Domini*, exemplo Abrahæ, Saræ, Elisabethæ, Zachariæ. Quod autem semper nos *prædicantes* vocas, haud inviti ferimus, ipsi enim Christo, Esai. 61. 2. Matth. 4. 17. Angelis,

Tuus salax & petulcus Monachus.

Apoc. 5. 2.

monium fugit & aversatur, nisi peculiariter à Deo continentiæ dono ornatus sit.

THESIS LXIV.

RESPONDES AD DUO nostra Argumenta ad 1. *esse insufficientem enumerationem finium. Homini enim instrumenta generativa non solùm ad generandum esse data, sed & ad alia naturæ officia, nempè, ut materia sint exercendæ virtutis. Non ergò, frustrà homini esse data, sequi, cum & ea in vita æterna, ubi tamen nulla prolificatio, mansura, non autem ideò frustrà futura sint. Probas id exemplo fructus arboris in Paradiso, quæ fuit Adamo vetita, non tamen ideò sequi, frustrà eam creatam esse. Et tandem, ad bona speciei, non individuorum hæc esse. Multæ herbæ* (dicis) *creatæ sunt eo fine, ut cedant in pabulum animalibus, quod non fit, quæ tamen in eum finem creatæ sint.* Ita. Resp. I. Unius rei multi possunt esse fines, sed subordinati, unus tamen principalis est & primarius: concedimus ergò ultrò, instrumenta generativa homini non tantùm (loquendo de finibus subordinatis & minùs principalibus) licet tantùm, quoad hunc finem principalem, ad generandum esse data. Verum quidem ergò, quod consequenter & concomitanter ea membra posse etiam esse materiam exercendæ virtutis, exempli gratiâ, si quis ex iis, ceu membris Dei, non facit membra Diaboli meretricis, 1. Cor. 6. sed possidet, 1. Thess. 4. vas suum cum sanctificatione & honore, adeoque si castitati, quæ in conjugio quoque est, studet: Interim principalis & primarius finis est eorum, speciei propagatio,

gregare te, sicut gallina pullos suos, & NOLUISTI

2. Thess. 3. Quoad locum Apostolicum. 2. Thess. 3. v. 2. *Fides non est omnium*; emergit vitium Accidentis. Nam Deus largitur & donat fidem hominibus non immediatè, sed mediatè, nempe per Organum verbi *prædicati & auditi; Fides enim est ex auditu: auditus autem per verbum Dei*, nempe Evangelii, *quod est potentia Dei ad salutem omni credenti*. Rom. 1. v. 16. cap. 10. v. 17. Quid mirum ergò, si illi, qui verbum hoc contemnunt, vel cum præjudicio audiunt, Fidem non concipiant, sed *Verbum hoc fiat ipsis* (ex Accidente) *odor mortis ad mortem*. 2. Cor. 2. v. 16. unde conspicitur, insigniter blasphemum esse *Forerum*, docentem, *nullam specialem promissionem ostendi posse in Scriptura de Fide*. Origenem adducis (atqui is authenticus sine authentica Scriptura! Hanc, hanc profer. Audiant Mosen & Prophetas, Luc. 16.) & Tertull. & Hieron. de Hieronymo suprà. Tertullianus non contra nos.

THESIS LX.

AD LOCUM 1. COR. 7. V. 7. *Unusquisq; proprium donum habet, unus sic, alius autem sic*, dicis, *unicuique Deum dare necessariam gratiam ad eum statum, quem quisque sibi sibi* (adde, secundum expressum Verbum Dei, quod autem nititur 1. nullo verbo Dei, nec 2. exemplo, 3. nec promissione, id falsò sibi quisq;) *eligit, inde tamen non sequi, Deum non omnibus daturum donum castitatis, si peterent omnes*. Utique sequitur, quia castitas non est donum quoddam spirituale, omnibus piis;

Status Monasticus non est legitimus status. Caret enim Dei mandato, & promissione, & exemplo probato.

piis commune, & simpliciter necessarium, ut sunt fides, spes, caritas, de quibus vera sunt loca, Phil. 1. 6. Ps. 70. 18. Rom. 11. 29. sed extraordinarium planè speciale, quod *pauci* capiunt. II. Falsissimum est, quod dicis, *Deum paratum esse continentiam omnibus dare, qui omnes ad eam hortetur.* Annón dicit, PAUCI *capiunt Verbum hoc*, quomodo ergò OMNES? & hoc non est hortantis: cum dicit: *qui potest capere, capiat*, dicendum ipsi fuisset: Omnes debent capere. III. Paulus, dicendo: *Volo omnes esse sicut meipsum*, desiderasse id, do, at hoc desiderium non directè ipsum conjugium respicit, sed *continentiam*, quæ etiam in conjugatis esse potest, sed de hoc infra. Quæ blatero deblateras *de capacitate actus primi & secundi*, illam, licet non hanc omnes habere, frivola sunt & falsa, Christi Dicto contraria. Hieron. l. 1. contra Jovinianum: *Si omnes virgines esse* POSSENT, *nunquam Dominus diceret: qui* POTEST *capere, capiat.* Et *Apostolus in suadendo* non trepidaret, *de virginibus præceptum Domini non habeo.* Si actu secundo ureris, quid juvat te actu primo esse virginem, id est, posse quidem esse virginem. Thais actu primo etiam erat capax continentiæ, quid juvabat! Actu hoc tuo primo Cœnam sume, & ego actu primo capacitatem tuam admittam. Et elumbe hoc tuum est effugium. Si disputamus de continentia & ustione, quis Tyro est, qui nesciat, nobis de continentia & ustione actuali, non potentiali sermonem esse: nos quærimus de alliis, tu respondes de cæpis. Non omnes homines habent donum continentiæ! negas, imò omnes possunt in potentia (nunquam in actum deducenda) habere! En cadaver consequentiæ!

Forer non tantùm actu primo, sed ipsissimo actu secundo est calumniator & mendax.

THESIS LXI.

HIC QUÆDAM VERA ponis; quædam ambigua; quædam falsa. VERA, 1. esse quædam dona Dei, quæ dentur sine hominis cooperatione, ut sunt robur corporis, pulchritudo, Prophetia, & hæc non esse in nostra potestate. 2. alia consistere in auxilio divino, sine quo non faceremus id, quod cum tali auxilio facimus, 3. nos neque credere, nec Deum diligere posse sine dono gratiæ. AMBIGUA, 1. ea ipsa dona esse, etiam nostri arbitrii, tametsi liberaliter donẽtur. Si enim de donis in hemisphęrio hoc inferiori & foro soli intelligis, quoquo modo do: si in superiori, & foro poli, nego: in his enim nulla nostra *ἱκανότης*, 2. Cor. 3. 5. sed merissima *ἀδυνότης* est. FALSA. 1. fidem, spem, charitatem esse nostri liberi arbitrii. Pelagianus eras, scribens & addens, in potestate nostra situm esse credere, sperare, diligere Deum, fides enim in totum & tantum donum Dei est. Si credere in tua potestate est, cur non credis? cur scribis, neminem POSSE credere seu certum esse, se in gratia Dei esse? neminem debere credere, sed dubitare? sed fiet tibi, miseraнde Forer, sicuti dubitas.

THESIS LXII.

Forerus est, & manet sibi similis.

NEGAS TERTIUM IN nostro simili. *Si quis promiserit ministrare ægrotis, incidat in morbum,* 1. *retinere adhuc voluntatem paratam serviendi, & cogi, non servire, non contra*

contra is, qui continentiam voverit. Breviter: *Ibi esse τὸ voluntarium, hic, τὸ voluntarium voto contrarium.* 2. *Incontinentiam pendere à voluntate, morbum non.* 3. *Morbum simpliciter ministerium, ustionem non item castitatem reddere impossibilem, ut ejus Apostolici:* OMNIA POSSUM IN EO, QUI ME CONFORTAT. Resp. ad I. Negando. Qui uritur, & nubit, monente Apostolo, benè facit illimitatè, sive voto obstrictus, sive non. Ad II. Inficiando. Multi vellent esse continentes, non possunt. Vide Sap. 8. 1. Velle (in suo tertio huc applicando, scio enim quod iste locus directè rem non feriat) adjacet mihi, non aũt τὸ perficere, Rom. 7. Ad III itidem negando. Qui uritur, ei castitas est impossibilissima, est enim incontinens, si non actu, tamen habitu, si non effectu, tamen affectu, si non opere, tamen re, & cogitatione. Applica locum, Matth. 5. 28. Locus Apostolicus sinistrè est allegatus. Nil ille de continentia. Deindè omnia potest in eo Paulus (per gratiam) qui eum confortat. Proba, Deum confortare, vel velle confortare eos, qui vovent votum continentiæ. Quàm autem plures ex iis confortentur à Deo, exitus acta probat. *Omnia possum in eo*, dicit Paulus, *qui me confortat*; quæ nimirùm ad salutem, & illustrandam Dei gloriam sunt necessaria. Alioqui enim cur non potuit à se aufferre stimulum carnis, quod ter se à Deo petiisse scribit, nec impetrâsse? sed quid verbis opus est? Annón Pauli habemus testimonium in 1. Cor. 7. v. 7. quo ostenditur, non esse cuivis homini datum continere? *Unusquisq́,* inquit, *suum proprium donum habet, alius quidem sic, alius verò sic.* Quid?

An-

gii accusas ob introductionem Articuli τὰς, *ipse sacrilegus es:* Articulus enim ille nihil probat, loquitur enim indefinitè de se & Barnaba, ita ut necesse non sit, unam in specie uxorem articulatim nominare. 8. Clementem, quod concernit, unde argumentari potes, si maximè Apostoli uxores suas circumduxerint, tamen inter eos conjugale officium cessâsse; respondeo, incertum per æquè incertum probari, & quid opus fuit circumducere uxores, si officium conjugale cessavit? Et, si maximè ad tempus cessâsset, non propterea desierunt esse conjuges, imò Paulus maximè conjugibus concessit, 1. Cor. 7. 5. ut conjugale officium ad tempus intermittant precum causa, sed ita, *ut iterum conveniant.* 9. Excipias, *Apostolos habuisse potestatem in illas mulieres, non ut virorum in uxores, sed ut doctorum in discipulos.* At hoc falsum. Unde enim probabis, doctoribus eam concessam esse potestatem circumducendi τὰς τυχούσας mulieres in comitatu. 10. Adde, quod vox generalis γυνὴ in Scriptura frequentissimè de uxoribus seu conjugibus usurpetur, non de quavis muliere, Matth. 1. v. 20. c. 19. 3. 4. 8. 9. c. 22. v. 24. 25.

THESIS LXVIII.

D. MEISNERI DILEMMA, aut concubinam, aut uxorem hic intelligendam esse flagellas; dando tertium (mulieres religiosas) exemplo Christi, Luc. 8. sed ea omnia, quæ quoque ultra addis, solidè thes. 67. refutata sunt.

THESIS LXIX.

D. HOE TRIA ARGUMENTA solvere vis, I. Gratis prædicavit Paulus, & victum labore manuum comparavit, 1. Cor. 4. 12. ergò à nulla matronarum victum accepit. Concedis id; sequi, Paulum nullam quidem talem victus administram circumduxisse, quod des: hoc tantùm te velle, *illic per sororem mulierem, victus administram, non uxorem intellexisse.* Fateor, Paulum loqui hic de circumductione, ut ita loquar, non actuali, sed potentiali, se æquè habere potestatem circumducendi sororem mulierem, sed quod illa soror mulier, non uxor, sed matrona alia victus suppeditans, intelligenda sit, scopo Paulino reclamat. Non oneràsset Paulus Ecclesiam, si divitem quandam matronam, victus ipsi suppeditantem, circumduxisset. II. Grave futurum fuisse, si matronæ perpetuò sumpt⁹ suppeditarẽt in tanta itinera; negas, *quia Paulus nullam circumduxerit.* Ergò, *nec grave fuisse ulli tali sorori mulieri eum sumptu suo sustentare*, addis tamen, *potuisse eos diversis locis diversarum matronarum liberalitatem experiri.* Resp. Ipsa intentio Pauli magis, quàm actus inspiciatur. Intendit Paulus se *potuisse* id facere, noluisse, & addit D. Hoë: Paulum ideò hoc, quod potuerit, noluisse, & non facere intendisse, ne gravaret Ecclesiam. Cætera præter calumnias te, tuisq; Suitis dignas, nulla, vel saltem frivola sunt.

THE-

THESIS LXX.

JAM DEVOLVERIS AD locum, 1. Cor. 7. & ais verba, *melius esse nubere, quàm uri, de solutis, nō voto obstrictis intelligenda, nec te contradicere Christo & Paulo,* I. *Quia alias Ambrosius, Hieronymus, Augustinus, & alii eis contradixissent.* Quasi verò nunquam id fecerint. Sexcenties factum. Largitur id ipse tuus Bellarm. l. 3. de amiss. grat. & statu peccati, cap. 7. l. 4. de Eucharist. cap. 10. Potuit ergò & hic. II. *quia sequeretur, omnem etiam conjugatum, qui uritur, ita indifferenter ancillam, aliamve posse adire*, sed nego, conjugato enim est conjugium non tantùm medium (prolificationis) sed & remedium, contra ustionem. Sed ad simile quid suprà quoque responsum. Ita ut tua quæ addis ex ore infernalis Draconis, Patris tui mendacis, eructeris. An autem nos, an verò tu Turcizes, vide omninò libellum Londini impressum de Turco-Papismo, Anno 1604.

1. Cor. 7.

Foret filius τȣ̃ διαβόλȣ Mendacii Mendax.

THESIS LXXI.

III. QUIA CONTRADICERET sibiipsi, 1. Tim. 5. 12. at supra th. 55. ad id responsum. IV. Quia non sit præceptum, sed permissio tantùm. Ergò, votum castitatis non tolli, ut probatum sit à Bell. c. 30. at id est falsissimum, & Bellar. sæpissimè jam refutatus. Cur crambe hæc recoquenda!

THE-

Thesis. LXXII.

QUOMODO PAULUS, 1. Cor. 7. Generaliter loquatur, *melius esse nubere, quàm uri*, illud ipse limitat, applicando illud ad personas, dono castitatis non ditatas. Quod autem locum, 1. Tim. 5. 12. concernit, suprà Thes. 55. responsum est. Cætera, quæ addis, σκύβαλα, spuria & non nisi Jesuvvita digna sunt, id est, coràm vana, falsa, absurda, rejectanea. Quæ calumniaris, resorbe. Improbitatis & calumniæ ocymum seris.

Thesis LXXIII.

AD VERBA PAULI (*CONsilium do*) respondes, I. *distinguendo inter virginitatis devotionem, & virginitatis devotæ servationem, illam non quidem Paulum præcipere, nec expressè, consulere, non prohibere tamen*, (quod in loco de viduis, 1. Tim. 5. 12. sit videre) *hanc expressè, contra salaces & petulcos prædicantes consulere*. Quid si do distinctionem! nil id ad tuã Helenam, virginitatis devotæ servationem consulit personis dono continentię pręditis, & qui Matth. 19. 11. possunt capere, nec consulit eum in finem tuum spurium & supposititium, quasi illa virginitatis devotæ servatio sit vitæ æternæ meritoria, sed 1. Cor. 7. 26. *propter præsentem necessitatem*, & v. 28. *quia conjugati tribulationem carnis habent, ut v. 34. possint eò melius curare, quæ sunt Domini*, exemplo Abrahæ, Saræ, Elisabethæ, Zachariæ. Quod autem semper nos *prædicantes* vocas, haud inviti ferimus, ipsi enim Christo, Esai. 61. 2. Matth. 4. 17. Angelis,

Pater salax & petulcus Monachus.

Apoc. 5. 2.

monium fugit & aversatur, nisi peculiariter à Deo continentiæ dono ornatus sit.

THESIS LXIV.

RESPONDES AD DUO nostra Argumenta ad 1. *esse insufficientem enumerationem finium. Homini enim instrumenta generativa non solùm ad generandum esse data, sed & ad alia naturæ officia, nempè, ut materia sint exercendæ virtutis. Non ergò, frustrà homini esse data, sequi, cum & ea in vita æterna, ubi tamen nulla prolificatio, mansura, non autem ideò frustrà futura sint. Probas id exemplo fructus arboris in Paradiso, quæ fuit Adamo vetita, non tamen ideò sequi, frustrà eam creatam esse. Et tandem, ad bona speciei, non individuorum hæc esse. Multa herbæ* (dicis) *creatæ sunt eo fine, ut cedant in pabulum animalibus, quod non fit, quæ tamen in eum finem creatæ sint.* Ita. Resp. I. Unius rei multi possunt esse fines, sed subordinati, unus tamen principalis est & primarius: concedimus ergò ultrò, instrumenta generativa homini non tantùm (loquendo de finibus subordinatis & minùs principalibus) licet tantùm, quoad hunc finem principalem, ad generandum esse data. Verum quidem ergò, quod consequenter & concomitanter ea membra posse etiam esse materiam exercendæ virtutis, exempli gratiâ, si quis ex iis, ceu membris Dei, non facit membra Diaboli meretricis, 1. Cor. 6. sed possidet, 1. Thess. 4. vas suum cum sanctificatione & honore, adeoque si castitati, quæ in conjugio quoque est, studet: Interim principalis & primarius finis est eorum, speciei propagatio,

quod patet de viro ex Psal. 128. per totum, de muliere, 1. Tim. 2. 15. Ergò sic limitandum nostrum Argumentum: frustrà homini data esse hæc membra, & quidem ad propagationem speciei apta nata, quoad hunc primarium, & principalem finem aliquando in actum deducendum. II. De membris illis, etiam in vita æterna residuis manentibus quæsitum est olim, an sexus discrimen mansurum sit, nos, ut concedimus, ita eandem esse rationem negamus, hoc enim sæculum, & illud non, prolificationi à Deo consecratum est, proinde optimè dicitur, quod respectu hujus principalis finis utique essent frustranea. Et sufficit ea in hoc sæculo prolificationi dato, finem suum semel esse assecuta. At apud tuos finem nunquam assequuntur, maxima tamen parte tuorum excepta, quomodo enim etiam finē suū (illegitimè) assecuta fuerint, totus orbis novit & ingemuit, ut infrà videbis. III. Arborem nō in eum principalem finem posuit Deus in Paradiso, sed in hunc, ut esset materia exercendæ obedientiæ Adami erga suum creatorem. IV. Idem de herbis, aliisque, quæ affers judicium esto. V. Scommata tua de Asinis, canibus, & hircis, tibi propria resume. Nihil ad nos.

THESIS LXV.

AD II. RESPONDES: 1. *NEgando sequelam, aliàs enim licere etiam adulteria sine metu committere.* At ô Canaæ progenies! Rogo te per tuam, si quam adhuc habes, conscientiam, annón hic calumnieris: Scis enim nos

non

non simpliciter argumentari à propensione naturali instar tauri ruentis, in quamlibet sibi objectam Venerem, sed illa legitima ab ipso Deo, Genes. 2. Matth. 19. instituta. 2. Ais, *castitatem quidem merè, physicè loquendo, adversari naturæ, non autem moraliter, sic enim eam tandem & præmium promereri.* At ubi distinctio tua fundata est? in cerebro tuo, non Scriptura. Repete loca, Sap. 8. 1. 1. Cor. 7. Matth. 19. & instar Dagonis tuum Idolum distinctionis ruet. continentia semper, & semper naturæ corruptę adversatur, exceptis paucis individuis, dono cõtinentiæ præditis.

CAPUT IV.

THESIS LXVI.

ARGUMENTA NOSTRA in aciem producis, quàm nil respondeas ad ea, post videbimus.

THESIS LXVII.

ANTEQUAM AUTEM ad ea respondeas, *negas ex* 1. *Cor.* 9. *probari posse, Paulum uxoratum fuisse,* 1. *Sacrilegii accusas Lutherum, qui illum locum, in sua germanica versione corruperit, additione verborum* IN UXOREM, *cum loquatur de sorore muliere, matrona aliqua Christiana, velut alimentorum subministratrice, utq; de sexu masculino dicebatur, Viri fratres, ita de fœmineo, sorores mulieres, patres* ὁμοψήφυς *Augustin. & Hieronym. excepto Clem. Alexand. citas.* Resp. 1. De uxoribus Apostolorum 1. Cor. 9.

 lorum

Apoc. 5. 2. Prophetis, Jer. 7. 2. Jon. 1. 2 Johanni Baptistæ, Matth. 3. 1. Apostolis, Matth. 10. 27. Marc. 16. v. 15. Rom. 10. 14. tribuitur: quòd verò *salaces & petulcos* vocas, satiùs tacuisses. Qui enim tales sint, dicet *Nicolaus Florentinus*: verba ejus sunt; *Nunc, cum nusquam minùs vel pietatis vel religionis sit, quàm in iis hominibus, qui Romæ viciniores habitant, facilè conjicere potes, Christianum Orbem magnoperè periclitari. Quod si quis etiam diligenter consideret eum religionis cultum, qui nostra ætate jam in usu est, eumq; conferat cum prima Christianæ religionis institutione, ac veris fundamentis, is non potest illius interitum non metuere, vel divinam ultionem non formidare. Imò omnis Italiæ infelicitas ex eo redundat, quia* ROMANA ECCLESIA NEQUAQUAM SECUNDUM CHRISTIANÆ RELIGIONIS PRÆCEPTA VIVIT, *sed ea adulterat atq; corrumpit.* Observa Ferrum Johannes Aventinus, lib. 1. Annal. Bojorum scribit: *Decuriones Mystarum & Parochi impunè & passim, in æstu, adulteriis, stupris contaminant omnia. Amant, potant, virgines plures uno anno vitiant & implent, sub superficie pietatis, nepotantur, fraudant, compilant, litigant; templa, sacerdotia diripiunt, quasi caballos venalicios commutant; ceremonias nundinātur, religiones cauponantur, scortantur, lasciviunt, venantur, belligerantur, humanum sanguinem & impunè sitiunt & effundunt, latrocinia exercent.* Author libri Stellæ Clericorum cum Bernbardo de sui temporis Ecclesia sic exclamat. *O Domine, Pastores tui mutati sunt in tonsores, & agni in lupos, defensores in dissipatores, qui deberent esse sobrii, quotidie sunt ebrii, qui prælati, pilati, qui casti, incesti, qui pastores, seductores.* Ubertinus à Casali inquit: *Hodierna*

dierna Ecclesia dicitur nova Babylo, quæ est meretrix magna, quia verus cultus & amor sponsi Jesu est turpiter adulteratus, & Spiritus justorum hujus temporis supramodum opprimitur in prædominio Babylonis, & velit, nolit, in multis meretricis ejus actibus servire compellitur, ideoq; magna pericula nos exspectant hoc tempore. Nicolaus Clemangius in Epistolis, *Ecclesiam Romanam vocat domum Latronum, non secus ac olim templum flagello, repurgandam.* Et rursus alibi ait: *Ecclesia Romana quid est aliud, quam ambitionis, cauponationis, latrocinii officina? venalia Sacramenta, venales ordines, venalis Ecclesia ipsa, quin & missa & corporis Christi administratio venalia, &c. Nundinatio & illa publicè, prostibulum, lupanar, Synagoga, imò Babylone ipsa detestabilior.* Ekbertus Abbas Benedictinus S. Florini ad Coloniensem Episcopum scribit: *Inspexi Clericorum Ecclesias ac reperi in eis enormitates grandes & innumeras.* Franciscus Belleforestus Gallus ita prorumpit: *Nullius dabo quicquam auribus, sed veritatem ingenuè fatebor, tot hæresium & schismatum causam esse neminem, præter nostros rasos, unctos, Clericos & Sacerdotes, suâ* TURPISSIMÂ, SCELESTÂ, ET IMPIÂ VITÂ. Audisti, quæ non voluisti, quia quæ voluisti, dixisti: Addis, *per laqueum, v. 35. præceptum intelligi, ex Chrys. Theophyl. Anshelmo.*

Cœlibatus Pontificiorum est laqueus.

Nego, sed lex cœlibatus laqueus est ille ipse, hanc ferre non vult Apostolus, non enim præcipere, sed suadere voluit cœlibatum, non simpliciter, quasi in sese melior sit, quàm matrimonium, sed *propter persecutiones & pericula, Christianis tunc imminentia.* Interim liberum cuique relinquit, quid salva conscientia in genere facere velit. Quæ addis, ex vitio

vul-

vulgatæ fluunt. Verba enim (id quod honestum est) in Græco aliter sunt: πρὸς τὸ εὔσχημον, ad id, quod decet, συμφέρον, utile ac expeditum, & paulò pòst εὐπρόσεδρον τῷ κυρίῳ, ut aptè Domino adhæreatur, vel, ut sine impedimento cultus divinus fiat. *Uno anno autem, quod addis, hominem se explorare, an donum continentiæ habiturus sit*, falsissimum est, licet & alter probationis addatur, inprimis tenerior adhuc ætas circa annum 14. 15. etiam 16. nondum eas, quas sequentibus, flammas sentit & non potest non sentire. Cætera, quæ addis, te, id est, calumniatore digna sunt. Papyro parco & optimo tempori, cujus solius honesta est avaritia. Augustini verba, cur cótra nos cites, miror. Verba ejus sunt: *Non ut laqueum vobis injiciam, id est, cogam*, nempè ad cœlibatum in illius temporis gravissimo paroxysmo, inprimis si continentes sint.

THESIS LXXIV.

QUOD AIS I. *PAULUM non hic* PRÆCIPERE *matrimonium, sed permittere*, ex v. 6. Resp. Bell. ait, illud, τοῦτο, hoc autem dico. Nam indulgentiam refert ad proximè præcedens πάλιν συνέρχησθε, ut hic sensus sit: quod monui, ne alius alium defraudet, & ut, postquam ad tempus à vobis mutuò abstinueritis, rursus conveniatis, hoc dico & moneo, tanquam concedens vobis remedium, contra incontinentiam, non autem imperans vobis, ut inter vos consuescatis. Ita procedimus ergò: Eo modo conjuges à maritali congressu abstineant, ut tamen remedio contra incon-

tinentiam divinitùs sibi concessisse penitùs non se abdicent, alias enim Satanæ tentationibus temerè se exponunt. Subsumo: At si votum perpetuæ continentiæ nuncupent, remedio, contra inconti-nentiam divinitùs sibi concesso, temeraria quadam præsumptione se penitùs abdicant, nisi speciali quadam gratia de continentia perpetua certi sint. Falsissimum ergò, Bellarmino tuo, agi hunc locum de conjugio *contrahendo*, ut tu vis, sed agit Bellarmino de congressu maritali in *contracto*. Cur ergò inde probas, Paulum permisisse his verbis, non præcipisse matrimonium. Aliud est matrimonium ipsum, quod utique habet verbum præcepti, Gen. 2. & aliud, congressus in eo, illud consequens, cujus carentia, 1. Corinth. 7. permitti potest ad tempus, præcipi non. II. Ais v. 2. *Unusquisq; propriam uxorem habeat, cum Bellarm. loqui Apostolum de conjugatis, habere uxorem, non esse, ducere uxorem, sed eâ, ad vitandam fornicationem, uti.* Resp. I. Non ait, unusquisque uxore sua utatur, sed, qui periculum pollutionis metuit, uxorem habeat, & ceu medicinâ, sibi contra flammas comparet. II. Si propter periculum fornicationis præcipit, ut utantur Corinthii uxoribus, etiam propter idem præcipiendum, ut ducant eas, sive enim habeas uxorem, sive non habeas, si flammas sentis, & dono cares continentiæ, medicina fornicationi nondum parata est, sed si ea, quam habeas, legitimè utaris. Et quidem consultum fuisset (Jesuitica ratione) solutis Personis: quibus nihil remedii contra ustionem, à Paulo fuisse paratum? III. Jesuvvitica veritas est, agere Pau-

Paulum de conjugatis, hoc enim demùm facit, v. 10. 11. seqq. hic autem de matrimonio contrahendo. Quæ reponis, cassa nuce non emptu digna sunt, Glossa itaque tua est, *Unusquisq; habeat uxorem suam, id est, sua uxore utatur, & eam retineat, qui non, non utatur, nec accipiat.* Necessariò sequitur, si tibi habere idem est, quod uti, quod addis ipsum Pregitzerum fateri, te intelligere hunc locum, de conjugatis tantum, verum dicit, at te tibi non contra dicere, non dicit, sed contrarium est. Scribis enim thesi 74. TOTUM *Textum esse de* CONJUGATIS, *usq; ad vers.* 7. Et Thes. 77. *Loqui Paulum tàm in* 2. *quàm* 1. *versu de* UXORATIS, &c. Audi jam quęso teipsum, hoc ipsum negantem. Sic enim in tuo (*quod Lutheranum mentitus es*) Symbolo fol. 46. scribis. *O Apostole! Est ne bonum opus,* NON QUÆRERE UXOREM? *Respondet. Bonum est homini mulierem non tangere.* 1. Cor. 7. v. 1. Et v. 8. *Dico autem* NON NUPTIS ET VIDUIS; *bonum est illis, si sic permaneant; sicut & Ego.* Si Paulus v. 1. tantùm agit de uxoratis & nuptis, ut nugaris th. 74. & 77. quid quæso in Symbolo tuo fictitio contra Lutherum respondisti, Paulum docere, 1. Cor. 7. v. 1. bonum opus esse, NON QVÆRERE UXOREM. Vides Forere tuam inscitiam, & animum calumniandi libidine repletum? Verùm non mirum. Receptæ enim & usitatissimæ apud vos Suitas sunt ejusmodi S. Scripturæ contradictoriæ interpretationes, Calumniæ & Injuriæ.

Foterum mendacem oportet esse memorem.

THESIS LXXV.

OMNIA HÆC TUA CAdunt, ex unico hoc probato, quia Paulus non loquitur de uxoratis: Ergò reservâsses hanc Thesin in tua auditoria declamatoria. Quod addis, *solutos nullo præcepto obligari ad accipiendam uxorem*, si de solutis castitate præditis concedis, do, si secus, nego. *Melius enim* (de illis) *est nubere, quàm uri.* Illis dictum, imò mandatum: Crescite & multiplicamini.

THESIS LXXVI.

INSULSUS IPSE, CUI nec in toto corpore (quà ita calumniaris) mica salis, nimis insulsa loqueris: *Negas autem sequelã*, Marc. 9. 50. c. 11. 22. *Habere significat non tantùm rem possessam retinere, sed & nondum acquisita acquirere & procurare. Ergò etiam hoc in loco.* Das instantiam, *τὸ facere*, Gen. 6. Exod. 25. 4. *significat Verbum præcepti: Ergò etiam* Johan. 13. 27. *Et sic Deus præcepit proditionem Judæ.* Insulsus es, repeto: Non ita insulsos nos putes, qui nesciamus argum. hoc fluere ex particulari. Emere oportet, quem tibi ita argumentari velis, hic nervus est: *Objicis verba Pauli, unusquisque propriam uxorem habeat, datam retineat, & retenta utatur, non autem uxorem nondum datam ducat.* Hinc oritur major propositio. Habere, non est, rem demũ acquirere, sed acquisitam retinere, eaque uti. Jam ut universalitatem majoris eluderet D. Pregitzer, attulit instantiam ex Marco. Unica autem instantia majorem

rem sua universalitate exuit. Vide jam, quàm candidè, (insulsè certè) egeris, & nos opponentes feceris, cum tamen respondentem egerimus, & majorem tuã propositionem, universalitate miserrimè decumbentẽ, de ponte dejecerimus. Jam i, & triumphum cane. Novimus, non ita argumentandum, sed ita argumentum adversarii opponentis unica exceptione universalitatem majoris labefactante, eludendum esse. Jam quid ad nos tua instantia Calvinistica, ex Marc. 3. 1. resume eam, & eam pro jentaculo vel prandio, aut si mavis, pro lautiore cœna tibi reserva insulsissime Forer.

THESIS LXXVII.

D. PREGITZERUM PEtere principium dicis: *Probare vis, Paulum,* v. 1. & 2. *de* UXORATIS *loqui* I. *ex scopo, qui hic: Respondere Paulum ad quæstiones sibi à Corinthiis propositas, de matrimonii & cælibatus jure, usu, fructu. Fuisse enim Pseudo Apostolos, qui, ut sanctiores viderentur, docuerint, omnibus nuptias esse spernendas, quæsiisse ergò Corinthios, an ita sancti esse debeant, ut etiam* CONJUGATI *ab omni actu conjugii abstinere teneantur: respondisse Paulum* 1. *de conjugatis, v.* 1. *bonum quidem esse homini, mulierem non tangere, eam, secundum carnem (Hebraismo) non cognoscere, sed propter fornicationem se permittere; ut unusquisq;, qui jam uxorem duxit eam retineat, ut vir uxori debitum reddat, ut se invicem non fraudent, nisi ad tempus, quæ omnia non innuptis, sed uxoratis competant.* 2. *Progredi demùm, v.* 8. *ad solutos, patere id ex particula adversativa,* AUTEM, 3. *dicere Paulum:*

HABEAT.

HABEAT *non* DUCAT, id est, *uxorem habere pergat, nec eam dimittat, nec repudiet sed potiùs eà castè utatur. Ut τὸ habere non significet actum inchoandum, sed inchoatum jam antè consummandum, adducis Hieronym.* Resp. I. scopus est, Respondet Paulus ad 5. quæstiones matrimoniales, à Corinthiis ipsi propositas, 1. AN LICEAT Christiano uxorem ducere, quod propter necessitatem præsentem, adeoq; comparatè, negat, v. 1. negativam tamen suam statim, v. 2. limitat. 2. AN CONJUGES sibi invicem debitum conjugale reddere debeant, quod v. 3. affirmat. rationem, v. 4. dat, addita adhortatione v. 5. Interim istis abstinentiam concedit, 1. si uterque conjugum consentiat. 2. ad tempus solum, 3. jejuniorum & solenniorum precum causa, non secùs, ut Exod. 19. v. 15. Joël 2. 16. 3. AN CONSULTUM SIT, in cœlibatu aut viduitate manere, v. 8. consulit dono continentiæ præditis, reliquis, v. 9. regulam præscribit. 4. AN DIVORTIA Christianis concedenda, v. 10. 11. 5. AN MATRIMONIUM, quod fidelis cum infideli contraxit, dissolvere liceat, quod negat de contracto, sed de contrahendo, alia res est. II. Ex hoc scopo patet, falsum esse, illum de uxoratis loqui: Vult enim bonum esse (loquitur 1. de bono, non quod honestum est, aliâs conjugium foret inhonestum, nec 2. de bono, prout est res indifferens, aut illicita saltem, sed 3. de bono, quod hîc idem est, ac utile & commodum, ut ex v. 35. infrà patet, ubi illud καλὸν vocatur συμφέρον, qualia & loca parallela sunt, Psal. 118. 8. Matth. 26. 24. Luc. 10. 24.) HOMINI (loquitur indefinitè, indefinita autem stat pro universali,

versali, intellige universale aptum ad conjugium) *mulierem* (mulierem autem pro innuptis infinities sumi, quis negat) *non tangere* (matrimonium inire, describitur enim conjugium á principali suo & primario fine, qui est in multiplicatione seminis) sensus est: non expedit, non utile est homini (propter instantem necessitatem, vers. 26.) mulierem tangere (uxorem ducere) propter persecutiones tùm temporis crebriores: ibi enim satis erat fugâ & exilio, quàm matrimonio sibi consulere, ita ut personæ cœlibes eò meliori occasione soli, quàm si essent uxorati, fugâ salutem sibi parere possint. III. Implicas teipsum: suadet Apostolus; *unusquisq; uxorem suam habeat propter fornicationem*; at hoc periculum extra congressum æquè, imò plùs in solutis, quàm in conjugatis est. IV. Glossa est: *Unusquisq;, qui jam uxorem duxit.* Paulus dicit: *Unusquisq;* indefinitè: Ergò, universaliter loquitur de omnibus iis, in quibus (NB.) fornicationis periculum. An hoc in uxoratis saltem? Nego. V. Confundis distinctas, in v. 1. & 2. deinde in v. 3. 4. 5. 6. 7. & iterum v. 8. seq. quæstiones Paulo propositas. Nam in v. 1. & 2. erat generalis quæstio decisa; an liceat homini Christiano uxorem ducere. In v. 3. 4. 5. 6. 7. agit de quæstione quoad debitum conjugale, in v. 8. autem demùm transit ad particularem quæstionem forsan à falsis fratribus (ut ipse das) intensam, an consultum sit in cœlibatu aut viduitate manere, usque ad v. 10. Distinctissimæ enim sunt quæstiones: An Christianus debeat uxorem ducere, v. 1. 2. &: an consultius sit cœlibibus in cœlibatu aut viduitate manere, vers. 8.

falſum ergò, quod ais, Paulum demùm (vi adverſativæ, *autem*) ad ſolutos procedere, ad aliam quidem de ſolutis quæſtionem accedit, non autem demùm de novo ad ſolutos. VI. Habere & ducere ἰσοδυναμοῦντα ſunt. Hieron. quem hîc adducis (ſcis) eſt partium ſtudioſus, parthenyiſch / ſcimus enim illũ in hac materia ex proteſſo eſſe Pontificiæ opinioni addictum.

Thesis. LXXVIII.

QUÆ HIC FALSITATIS accuſas, ſufficienter refutata ſunt, theſ.77. Duo reſtant, 1. *An præſens neceſſitas perſecutionum & fugarum in primitiva Eccleſia, an verò temporis hujus vitæ ex nimia illius adbenè operandum conceſſi brevitate orta neceſſitas, quæ nobis in ſervitio divino ſit impedimentum vel maximè matrimonium Paulo ſit :* Nos prius affirmamus, tu poſterius ex v. 29. hoc itaque dico, fratres, tempus breve eſt, reliquum eſt, ut qui habent uxores, tanquam non habentes ſint. Reſp. I. Aliud eſt inſtans neceſſitas, aliud temporis brevitas, Ridiculus es, ſi hæc συνώνυμα putas. II. Illud importat aliquid de futuro, hoc, tàm de præterito & præſenti, quàm de futuro. Fuit enim, eſt, eritque tempus breviſſimum : Fuit, tempore Johannis, Filioli ultima hora, & Paulo h. l. eſt, jam nobis, erit, poſteris. III. In quo Lexico legiſti, ἀνάγκην vel tempus vel temporis brevitatem denotare. Fateor me neſcire, & te ſcire, diffiteor. Conſule Concordantias & videbis. II. Alterum eſt: *An per τὸ bonum, honeſtum & morale, an verò merè utile intelligendum ſit :* Prius

tu

tu affirmas: Ego posterius, rationibus thes. 77. adductis. *Probas tuum* 1. *quia virgini, v.* 34. *habenti illud bonum, tribuatur sanctitas corpore & spiritu.* 2. *quia v.* 35. *expresse honestum vocetur.* 3. *quia Matth.* 19. 12. *illi bono* (castrationi) *vita æterna promissa.* 4. *licet in se sit tantum bonum, utile & civile, fieri tamen bonum honestum ob finem honestum, ut melius serviatur Deo.* Resp. ad I. 1. quasi verò conjuges non etiam possint esse sancti corpore & spiritu. Vid. Rom. 12. 1. Cor. 6. v. 19. 20. 2. Cor. 7. 1. 1. Tim. 2. 15. Exemplis Abrahæ, Saræ, Isaaci, Rebeccæ, Zachariæ, Elisabethæ, 2. non ergò exclusivè de solis innuptis, sed inclusivè quoque, de conjugatis loquitur. Sæpè enim de solutis, illud Cassiani de spiritu fornicationis, cap. 19. verum est: *Mulierem ignoro, Virgo non sum.* 3. non sequitur Virgo, verè virgo, (apud tuos, quot tales sint, jam non disputo) sancta est corpore & spiritu (quod tamen de perfecta inhærente sanctitate nulli competit.) Ergò hoc bonum (quod manet virgo) bonum honestũ est, non utile merè. Ad II. & III. supra responsum: ad IV. finem illum in personis dono continentiæ præditis, damus, at eum meritorium esse, negamus, adeoq; consequentiam in Argum. inficiamus. Addo: si cœlibatus est bonum honestum: conjugium tale non erit. O blasphemum! Ratio, quia bonum cœlibatus opponitur conjugio: quod autem de uno oppositorum affirmatur, negatur de altero. Ipsus jam subsume.

THESIS LXXIX.

OPTIMA EST, ET REPEtitione dignissima tua, quæ inde elicitur interpretatio tuo Hieronymo in hac materia NB. in hac materia digna: *Bonum est homini uxorato, uxorem suam per totam vitam suam non attingere, attamen uxorem datam retineat ad usum matrimonii ob periculum fornicationis.* Ad cætera sufficienter responsum, thes. 77. Excipis: 1. dare te, *præscribi conjugium, ut remedium fornicationi, non tamen, ut simpliciter necessarium & praeceptum, sed solum permissum, cùm & alia remedia supersint. 2. præscribi remedium, at non voto obstrictis, sed à voto liberis.* Resp. ad 1. negando, non consulit, sed præcipit ἕκαστος ἐχέτω. Adde, si verba Pauli essent verba consilii, matrimonium esset multò perfectior status, quam cœlibatus, quia *consilia extollis præceptis*, ut quæ perfectionis vocas. Quis te verticosus gurges abripuit? quę addis de aliis remediis: extra tertium & oleas vagaris. Ad 2. Et hoc negando. Nam 1. Apostolus nil agit de voto continentiæ. 2. impossibile est, impossibilia autem non vovenda, Num 30. 5. 3. Non est legitimo verbo Dei expressum, quod alias necessum est, de virginibus enim v. 25. Præceptum Dei non est. 4. Non est nostræ potestatis, 5. obligatorum, non liberum, unde in veteri formula addebatur: *Quantum humana fragilitas permiserit*, 6. Etsi ad tempus continentiam habeamus, tamen post flammæ sentiuntur, ut plurimæ, 7. exclusi sunt, qui donum non habent, at multi voventes, donum non habent. Falsum

item,

item, verba 1. Tim. 5. 14. *Volo juniores nubere*, non esse 1. Tim. 5. v. 14.
præcepti, sed permissionis. Resp. Mirificum verò consensum: Tui enim Præceptores in Schola Dillingana super hunc locum olim docuerunt. I. *Intelligi juniores, quæ castitatem Deo voverint, ex Ambrosio, Oecumenio, Sedulio, & Anshelmo.* II. *Licet tales fuerint, tamen ipsos Apostolica vel divina authoritate usos fuisse, quam hodiè multi non requirunt, sed sibiipsis* (intelligunt aűt eos, qui voverunt) *plusquam Pontifices sint & Apostoli.* III. ajunt: sed PRÆCIPIT, (arrige aures & audi verba tuorum Præceptorum) *sed* PRÆCIPIT, *ne in posterum ad viduarum vota vel possessionem admittantur juniores, quas etiam nubere vult* (qua voluntate? præceptiva utique ut ex præcedentibus patet) *atque filios procreare. Hoc autem ideò vult, ut Ambrosius & Oecumenius, imò & verba ipsius Apostoli significant, quod Exempla quædam mala præcesserant, juvencularum viduarum, quæ post votum castitatis, sponso Christo contempto, secutæ fuerant Satanam.* Agnoscunt ergò tui Præceptores antecessores hîc præceptum. Excipis, at si Paulus voluit voluntate præceptiva, non saltem consultiva juniores nubere, sibiipsi est contrarius, asserens, 1. Cor. 7. 7. *Volo omnes vos esse, sicut meipsum*, inde longum tricarum & calumniarum (at resorbe impudens!) texis catalogum. Responsio solidissima est, votum hoc Apostolicum non directè ipsum conjugium respicere (incertum enim est, etiam ex sententia nonnullorum Patrum, an fuerit uxoratus, necne, licet credatur, mansisse cœlibem, sed continentiam, quæ etiam in conjugatis esse potest, habuit. Optat ergò *ut nemo ustiones & flammas libidinū sentiat, ut omnes continentiæ donum habeant*, hoc tamen

magis optandum, quàm sperandum indicat. Subjicit enim immediatè in eodem versu: *Sed unusquisq; proprium donum habet ex Deo, alius quidem sic, alius autem sic.* Est ergò votum 1. Cum conditione possibilitatis, quod institutionem conjugii non tollit, 2. cum conditione istius temporis, *non ex opinione perfectionis*; sed conditione vitæ tranquillioris. Optimè ergò conveniunt duo hæc loca: ibi præcipit (licet ex tuorum Præceptorum sententia coactè) hic optat, modo scilicet prædicto.

THESIS LXXX.

TRUNCATE' AUGUSTINUM, de tollendo metu interitus Ecclesiæ, si omnes vellet, Paulus esse, sicut ipse contra te pro nobis citas. Integer locus sic habet: *Novi quosdam, qui murmurent: quid si, inquiunt, omnes velint ab omni concubitu abstinere: unde subsistet genus humanum? Utinam omnes hoc vellent, duntaxat in charitate de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta: multò citius Dei civitas compleretur, & accelleraretur terminus seculi, &c.* Et post pauca: *Unde mihi videtur hoc tempore solos eos, qui se non continent, conjugari oportere, secundum illam ejusdem Apostoli sententiam, quod* SI SE NON CONTINENT, NUBANT: MELIUS EST ENIM NUBERE, QUAM URI, *&c.* In eodem cap. *Concubitum* NECESSARIUM *causa generandi dicit.* Augustinus ergò tibi non favet; & si faveret, quid tùm? Faveat nobis Deus in suo verbo, quod est veritas, & norma omnium controversiarum. 2. Secundam petitionem Orationis Dominicæ malè adducis. In ipso con-

conjugio ita orare possumus, quid inde? Imò & actu conjugali, licet in eo magna ἀταξία. Cætera nulla, quæ addis, 3. Probabilitate Bellarminiana non opus: Omnes Monachi & Moniales incontinentes, (ubi verba sunt Hieronymi de custod. virg. affectata sunt omnia, laxæ manicæ, caligæ follicantes, vestis crassior, crebra suspiria, VISITATIO virginum, detrectatio clericorum, de quibus Proverbium Germ. Wer wil behalten rein sein Hauß/ der laß Mönch/ Tauben vnd Pfaffen drauß) satiùs conjungerentur ad speciem servandam. Et hæc de loco, 1. Cor. 7.

THESIS. LXXXI.

DUO AD LOCUM 1. TIM. 4. v. 1. 2. respondes. I. *Vos exemplo Pauli*; 1. Timoth. 5 v. 12 *non simpliciter omnibus, sed omnibus, saltem voto, sicut & nos omnibus conjugio obstrictis prohibere nuptias.* Resp. I. de utroque accusantur, cur tantùm de uno, (nuptiis) respondent? indicium pessimæ causæ! At ratio manifesta est, quia non tantùm voto obstrictis, sed OMNIBUS certo tempore, etiam Laicis certos cibos prohibent, contra expressa loca, Rom. 14. v. 2. 3. 6. Marc. 7. à v. 15. ad 24. 1. Cor. 8. 8. Col. 2. 16. 17. Hinc illud vestrum, de abstinentia à cibis, altum silentium! Duo ergò κριτήρια doctrinæ dæmoniorum hîc ἡνωμένως conjuncta sunt, quorum veritatem praxis Ecclesię Pontificiæ monstrat. II. Conjugium tibi est Sacramentum, ergò Sacramenta ad vota obstrictos non pertinent? At hactenus creditum, Sacramenta esse bonum totius Ecclesiæ, imò, vestra hypothesi, maximè Clericorum 1. Tim. 4. v. 1. 2.

rum

rum & ad vota obstrictorum. Ulterius. Nullius Sacramenti abstinentia est vovenda, conjugium est Sacramentum : Ergò conjugii abstinentia non est vovenda. Si negant majorem, regero, cur non etiam abstinentiam cœnæ, & reliquorum Sacramentorum voveant? Quo jure ergo voto obstrictis conjugium prohibes, eo ipsissimo jure etiam confirmationem, ordinem, externam unctionem. Si negas, da rationem disparitatis ex Scriptura : Imò, cur non potiùs prohibes, voto obstrictis extremam unctionem, confirmationem, qvàm conjugium prohibes, cum nullibi prohibitio extremæ unctionis, ordinis, confirmationis, doctrina dæmoniorum vocetur? Eo ipso, quia conjugium Sacramentum est, sanctum est, non negabis: Ergò prohibitio ejus, sive solutis, sive voto obstrictis talis non erit, cum dignitas & indignitas Sacramenti non dependeat à causa instrumentali. Qui ergò prohibet conjugiũ, Tros, Tyriusve fuat, nullo discrimine pro incrustatore doctrinę dæmoniorũ habetur. II. Omnes homines aliâs, extra tua vota, voto sunt obstricti, ut tuis nil opus sit votis, 1. non sanctis, 2. involuntariis, & 3. ἀνἰηγάφοις. V. Quod asseris vos tantùm limitatè prohibere nuptias, certis nempè personis, non à Manichæismo & Tatianismo elaberis : Ut enim vos Pontificii ita 1. & ipsi conjugium non omnibus, sed tantùm suis electis, Aug. l. 2. de Manich. morib. & Epist. 74. ad Denterium, prohibuere. 2. non dicit Apostolus prohibentium omnibus nubere : sed prohibentium nubere. 3. Indè Iren. l. 1. c. 31. de Tatiano scribit, quod conjugium scortationi

Vide Disp. 1. de votis, th. 139. 140.

Vide Disp. 1. de votis, thes. 104. 195. &c.

De similibus idem est Iudicium.

tationi (in electis & perfectis, quibus hodiè regulares correſpondent) æquiparârit. Ita & Epiphan. hæreſ. 46. quod idem facit Papa Zacharias in ſua Epiſtola ad Regem Pepin, imò etiam conjugium tale adulterium vocat. II. *Contra hæreticos, Manichæos, Encratitas, Tatianos, Paulum loqui, docentes, nuptias, vinum, carnes, non à bono, ſed malo, Diabolo, creata, adeoq́; ſua naturâ mala & cavenda eſſe, eorumq́; eſu & uſu hominem infici, ac maculari: probas.* 1. *ex verbis*; OMNIS CREATURA DEI BONA EST, *Ergò, ipſius Adverſarii ſtatuerunt, quandam eſſe malam.* 2. Ex Patribus, Chryſoſt. Theophyl. Oecumen. Ambr. Auguſtin. Reſp. I. Si hic locus tantùm loquitur de hæreticis, Manichæis, Tatianis, Encratitis, cur, Anno 1588. in celebri quodam Collegio Jeſuvvitarum hic locus adeò ſudes fuit in oculis, ut ad illum in formâ Syllogiſtica propoſitum, nullum adpetitum reſponſum σχεδιαστικὸν, ſed orale duntaxat dare voluerint? II. In noſtris noviſſimis temporibus jam ultra mille annos, nullus iſtiuſmodi hęreticorum fuit, cum tamen Apoſtolus de noviſſimis temporibus locutus ſit. III. Eſto, loquatur de Tatianis & Manichæis, at cur ipſorum doctrinam, doctrinam dæmoniorum vocat, niſi ob prohibitionem nuptiarum, & abſtinentiam à cibis, quos DEUS creavit? At vulpeculæ Pontificię, eâdem caudâ cum Simſonicis colligatę ſunt, licet capitibus à ſe invicem diviſis, ut ad 1. inſtantiam probatum. Ad nervum Paulini Argumenti quod attinet hunc: Omnis creatura bona, &c. Non ſequitur, quaſdam creaturas ſimpliciter pro malis, habituros eſſe quoſdam Seductores. Sed præſup-

ponit Paulus hoc Axioma (omnis creatura, &c.) tanquam medium utrique dissidenti parti cognitum & commune, (nisi autem medius in argumēto terminus, ponat axioma utrique parti infallibile, tùm omnia ex principii petitione peraguntur) & inde argumentatur: quia omnis Dei creatura bona: ideò neque hanc, illam, istam, aliam esse rejiciendam. Ergò, aut Paulus peccavit per principii petitionem argumentando: aut illius verba non contra illos sunt directa, qui creaturas quasdam malas pronunciare fuissent ausi: aliter, quàm Forerus, ex proprio confingit cerebro.

THESIS LXXXII.

INSTANTIA NOSTRA firma est, quam repetitam volumus. Patet enim ex Historia Ecclesiastica, quod intra spacium mille annorum nullus Tatianus & Manichæus, ita dictus, fuerit residuus. Cùm tamen hoc vaticinium ad novissima pertineat tempora. Excipis. I. *Si hoc vaticinium nil ad vos; cum vestra doctrina, Apostolorum tempore tradita fuerit.* At μέγα λίαν αἴτημα! Ubi mandatum, exemplum, promissio? Ad superiora provocas. Et nos. Utriusque partis momenta, sine partium studio piè perpendat Lector. Ad patres, quos adducis, antè nos fuit responsum. Nec illi norma sunt. Hunc (Christum) audite, Matth. 3. & 17. non Patres, nisi quà Scripturæ conformes. II. Etiam tempora Christi dici, tempora novissima, 2. Tim. 3. v. 1. novissimam horam, 1. Joh. 2 18. Resp. Insigne Argumentum! ex tabulis navis Petrinæ extructum!

Acumen Dollinganum Foreri.

Hic

Hic reperisti, quod pueri in faba, scilicet. At dispar ratio est. Damus enim, si fiat Syllogismus, negamus consequens: quia in consequente est vaticinium, quod necessariò de tempore, longè post futuro, intelligendum, quale Manichæorum & Tatianorum non est: in antecedente autem, 1. Johan. 2. nil tale, in 2. Tim. 3. 1. est quidem etiam vaticinium de futuro, non ac si in præsenti jam homines non fuerint, ibi describuntur, si quod tales, & tales nondum fuerint. Nam singulis sæculis pejores fiunt. Omnia enim in pejus ruere & retrò sublapsa referri. Præsentes ergò vitare jubet, nos eos, qui olim ante novissimum diem tales futuri erant. Notum etiam satis est, iniquitatis mysterium, uti ad tempus occultè fuit operatum, donec in nervum tandem erumperet: ita olim hujus vestræ perversæ impietatis, occulta jacta semina, paulatim suppullulâsse, & in pejus sensim profecisse, donec ad Catastrophen fuerit deventum: cùm nemo repentè fieri dicatur pessimus.

THESIS LXXXIII.

UNICUM AD LOCUM, Heb. 13. 4. Excipis; *Conjugium in omnibus* REBUS. *Non* PERSONIS, (aliàs sequi etiam inter patrem & filiam) *esse honorabile.* Ad textum provocas. videbimus. Dicit Apostolus: *Honorabile connubium, ἐν πᾶσι, in omnibus & torus immaculatus: Fornicatores enim & adulteros judicabit Deus.* Quæ generalis regula neminem excipit: & cùm mox adulterorum subjiciatur mentio (tanquam oppositorum) cur in

adulteris personæ, ἐν πᾶσι verò Res tantùm intelligantur? Quo loco Paphnutius Martyr in Nicæna prima Synodo, in eos usus, qui ministros Ecclesiæ conjugio prohibere volebant. Adeò ut ejus evidentia sedaretur contentio rejectis cavillis. Nolite (vociferabatur bonus ille Martyr) grave jugum cervicibus illorum imponere, qui sacris sunt initiati: Honorabile conjugium, ἐν πᾶσιν, in omnibus, & torus immaculatus. Quorsum, nisi hæc verba & personas intuentur, & eorum porrò etiam personas? Qua ratione etiam ea ad Diaconos, Presbyteros, Episcopos extendit. Authores uno consensu, Socrates, Sozomenus, Nicephorus, Gelasius, Cyzicenus ipse, qui Acta Synodi digessit. Ut hanc expositionem tanta Synodi autoritate firmari nemo neget. Patres Sextæ Synodi universalis in Trullo, Can. 13. in eandem sententiam. *Si quis dignus inventus fuerit, qui Hypodiaconus, vel Diaconus, vel Presbyter ordinetur, is ad talem gradum assumi nequaquam prohibeatur, si cum legitima uxore cohabitet. Sed neque ordinationis tempore ab eo postuletur, ut profiteatur se à legitima cum uxore consuetudine abstenturum: Ne ex eo, à Deo constitutas, & sua præsentia benedictas nuptias injuria afficere cogamur, Evangelica voce exclamante:* Quæ Deus conjunxit, Homo non separet: *Et Apostolo docente,* Honorabiles Nuptias et Torum Immaculatum. Ubi rursum ab Apostoli verbis ad Ministrorum Ecclesiæ conjugium Patres argumentantur. Hieronymus ad Oceanum, Epist. 83. in causa Carterii Episcopi conjugati: *Ille* (inquit) *in uxore optavit liberos: tu in meretrice sobolem perdidisti. Illi scriptum*

En tibi non RES modò, sed Personas.

ptum est: Honorabiles nuptias & cubile immaculatum; Nota, illi (quanquam Episcopo) Tibi legitur: fornicatores autem & adulteros júdicabit Deus. Chrysostomus ad Hebræos Hom. 33. hunc ipsum locum exponens: ἀλλ' ἴδωμεν ὡς τίμιος ὁ γάμος πᾶσι, καὶ ἡ κοίτη ἀμίαντος: Sed videamus quomodo sit honorabile conjugium omnibus, & torus immaculatus. Ubi ἐν πᾶσι, in omnibus, explicat per πᾶσι, omnibus. Theophylactus ipse licet in postremis: Non quia nuptiæ ætate provectioribus minus conveniant, adolescentulos verò admodum doceant: sed cunctis, ait, honori sunt: vel, in omnibus, hoc est quibusvis modis, & quovis tempore. Interim Spiritus erroris exceptionem hic fingit: In omnibus (ait) continere se non valentibus. Ubi igitur perpetuo ἐν πᾶσι, significat, in omnibus: non autem omni modo, ut Jesuitæ contendunt: Proinde non ad rem refertur, sed ad personas. At huic cavillo, quid in ipso Apostoli textu patrocinatur! cujus contra argumentationi nervus præscinditur, si ei locus? *Deus enim inquit, eo gravius animadvertet in fornicatores & adulteros: quia remedium illis adversus carnis concupiscentiam, connubium instituit, in omnibus honorabile, cujuscunq; tandem conditionis: videlicet adversus vagarum libidinum pollutionem, immaculatum torum.* Qui quidem (inquit Chrysostomus) ita vocatur, ὅτι ἐν σωφροσύνῃ διατηρεῖ τὴν πίστιν. *Quoniam in castitate,* inquit, *& pudicitia conservat fidelem.* Nedum ut contaminet & polluat. Sicut (inquit) Judæi autumant. Nempe juxta illud Apostoli: *Propter fornicationem unusquisq; uxorem suam habeat, & unaquæq; suum virum.* Cardinalis certè Ca-

 jetanus

jetanus licet ambigue: In omnibus: Et non in aliquibus sic; in aliquibus non. Clarius verò Haymo Halberstatensis Episcopus anno circiter 900. Immaculatus lectus, immaculati & illi inde surgentes, hoc est, maculam peccati non trahentes. Negas Historiam de Paphnutio. Frontem habes, annon? tota Historia confirmatur haud obscurè, dist. 31. cap. Nicæna Synodus, accedit Gelasius Cyzicenus, qui ex actis Patriarchii hausit suam Historiam, & non ita pridem, referente Junio, Parisiis impressus est ex complurium M S S. fide. Nimiùm ergò graviter Sozomenum accusas, negamus, Socratem mentiri, proba, si vir es, Canonem autem Nicenum Jesuviticè, id est, optima fide allegas: Ita enim habet: *Omnibus modis interdixit Sancta Synodus, neq; Episcopo, neq; Presbytero, neq; Diacono, neq; ulli clericorum omninò licere habere secum mulierem* EXTRANEAM (in exempl. Venet. Tom. I. Concil. pag. 567. SUBINTRODUCTAM) *nisi fortè mater, aut soror, aut avia, aut amita vel matertera sit. In his namq; solis personis, & harum similibus, omnis, quæ ex mulieribus est suspicio, declinatur. Qui autem præter hoc agit, periclitatur de clero.*

THESIS LXXXIV.

FOECUNDUS ERROR EST, & ψεῦδος πολυχιδές. Duo ergò alia κενοφώνια profers. Error errorem trudit, ut unda undam. Abyssus abyssum errorum invocat. I. dicis, loqui Paphnutium de iis, qui, cum ordinarentur inviti, contestati fuerint, se non posse continere. At mirificus es mirio, si mentiti sunt, ut priori Thesi assere-

afferebas, hæc explicatio locũ non habebit. Si non, hæc jam cadit. De Concilio Nicæno concedimus, nos non omnia approbamus, nec approbare possumus, quæ ibi conclusa sunt, hoc tamen in illo Concilio evictum, Sacerdotibus matrimonium, non esse prohibitum. Et quid Synodus Nicæna Oecumenica hac de re statuerit, ex superioribus est liquidum. II. Si modò id factum, Concil. Nicæn. iis tantùm uxorum usum permisisse, qui primum post ductam uxorem Sacerdotio initiati sint, quamvis absque voto castitatis. Pro his orâsse Paphnutium. Sed hujus falsitas ex superioribus patet. III. *Paphnutium nullo modo Pregitzero favere, cùm censuerit, arcendos esse eos à nuptiis, qui ante sacros ordines uxorem non habuerint.* At jam pro te Socratem & Sozomenum citas, quid si jure retalionis Pythagoricæ dicerem, eos mentitos esse, nil haberes, quod quęrereris! sed nolo talia. Innotuit jam universo orbi, quid de hac re Paphnutius scripserit & senserit. Sed quid opus? monstra tu contrarium ex S. Scriptura. Ad Legem & ad testimonium, &c. IV. Nec Chrysostomum adductum. *Loqui enim eum contra hæreticos, Tatianos & Manichæos & probare, nuptias non esse rem malam, cum is, qui unius uxoris vir fuerit, & non bigamus, eâ mortuâ, ab Ecclesiâ etiam ad ipsam Episcopatus dignitatem admittatur.* Resp. Aut Chrysostomum non intelligis Forere, aut malitiosè pervertis ipsius verba, verborumque sensum. Sic enim scribit in cap. 1. ad Tit. hom. 2. *Obstruere prorsus intendit* (Apostolus) *hæreticorum ora* (non tantùm Tatianorum & Manichæorum, sed omnium: Et sic quoque Pontificiorum)

quis

FORERUS per Anagr. FUROR ES seu (multi) FURORES.

qui nuptias damnant, ostendens EAM REM (nuptialem scilicet seu matrimonialem) *culpa carere, imò ita esse pretiosam, ut* CUM IPSA (Et tu impudentissimè affingis, mortuâ uxore, seu SINE IPSA) *etiam possit quispiam ad sanctum Episcopatus solium subvehi.* Et hæc est prima ratio, ob quam Chrysostomus dicit, hujusmodi homines in medium adduci. Secundò subjicit: *Castigat* (Paulus) *hoc ipso* ETIAM IMPIDENS, *dum non nos permittit post secundas nuptias ad Ecclesiæ regimen, dignitatemq; pastoris assumi. Nam qui defunctæ uxori benevolentiam nullam servasse deprehenditur, quo pacto hic Ecclesiæ Præceptor esse optimus poterit? Imò, quibus criminibus non subjicietur indies? Nostis enim profectò omnes, quod etsi* PER LEGES SECUNDÆ NUPTIÆ PERMITTUNTUR, *multis tamen ea res accusationibus patet: nullam ergò occasionem præbere subjectis Præsulem vult. Quocirca hic ante omnia posuit, si quis est* SINE CRIMINE, *hoc est, si vita illius omnis immunis à culpa, si mores ejus nemo carpere potuit.* Hactenus Chrysostomus, & omnia contra te, & pro nobis egregiè. Tantùm repete, si per occupationes licet.

Thesin 85. An Forer, an Typographus omiserit, nescio, Thesin positam sequor.

CAPUT V.

THESIS LXXXVI.

TOTA DOMUS HUJUS capitis, super arenam petitionis principii, & primatus Papæ (alibi destructi) ædificata est, quia ergò descendit pluvia verbi divini, Psal. 78. & vene-

venerunt flumina Joh. 7. & flant venti, in Scriptura Spiritus sancti, ac irruerunt jam dudum domum illam, & cecidit, & fuit ruina ejus magna, Matth. 7. v. 26. 27. Tamdiu ergò lateres hos, qui de hac domo ceciderũt, dejectos sinimus, donec, quadris, lapidibus ædificaturus sis, at ædificaturus es nunquam, Esa. 9. 10. Unde ea omnia intacta relinquis, quæ disp. de votis, à th. 44. ad th. 57. solidè protulit D. Pregitzer, nec quicquam reponis, ubi data Pontifici potestas resignandi acceptationem voti antea facti.

CAPUT VI.

THESIS LXXXVII.

RIDICULUS, RIDICULAM nobis, at alienam conclusionem formas. Sic concludimus: Nemo ea ratione, quâ virgo est, maritus vel cœlebs salvatur, sed quatenus credit in Christum, & est in nomine ejus baptizatus: Ergò votum cœlibatus, non est meritorium salvationis, nil facit ad salvationem: Ergò votũ cœlibatus sub opinione meritoria & cultu salvatorio susceptũ est repudiandum. Repudiamus ergò vota non simpliciter, quâ talia, si sint piè suscepta & possibilia, sed quâ meritoria. Ad tribunal conscientiæ tuæ te sisto, annón hic in te meritò candorem Theologicum desiderem. Nec sequitur tua, ex nostra hypothesi, conclusio: obedientia, misericordia, temperantia, &c. non faciunt ad meritum vitæ æternæ, ergò nemo debet obtemperare Magistratui, amare parentes, temperanter vivere, &c. Mon-

Secundum Forerum, homines salvantur, non quatenus in Christum credunt & in nomine ipsius sunt baptizati contra effatum Christi Marc. 16. v. 16. sed quatenus opera bona (QVÆ MOLESTA DICIT, Th. 51.) faciunt, contra Paulum Rom. 3. & 4. & 11. Galat. 2. & 3. &c.

ſtrum conſequentiæ. Unius rei multi fines! Macrâ hîc araſti vitulâ, vix oſſibus hærente. II. *Negas, multos vovere virginitatem in Papatu, antequam per ætatem ſcire poſſint, num voto ſuo valeant ſatisfacere, nec ne, item, antequam ſcire poſſint, quid ſit uſtio, cum olim non ante 12. puellæ, 14. pueri, hodiè ex Concil. Trid. 16. annum ætatis completum, quiſq; vota ſua ſolennia nuncupet.* Reſp. Si feciſti nega. II. Quid pueri 14. annorum, addo & 15. ac 16. ſciant ſe caſtitatem habituros, cùm plerique tùm temporis nondum ferveſcentem libidinis æſtum, aut certè minus ſentiant. Plerunque illa ætate ſunt adhuc impuberes. Egregium verò diſcrimen continentiæ & incontinentiæ in his puellis. Quid: quòd inter vos reperiantur, poſt trigeſimum & quadrageſimum ætatis annum, vota facientes, qui ſeipſos (docente deinde experientiâ) nōdum, utrùm caſtitatis dono polleant ſufficienter explorârunt? III. *Objicis, infantes Lutheranorum in Baptiſmo obligant ſe voto* (Baptiſmus enim Lutheranis ſolùm religioſorum votum eſt, *eoq; 1. impoſſibili, obedientia .n. mandatorū Dei (ipſis) eſt impoſſibilis,* & *2. ignorāter, neſciūt enim quid ſit conjugalis continentia.* Reſp. Ilmaclē hîc agis, tu fili Satanæ. Nos habem⁹ de Baptiſmo infantum mandatum & promiſſionem Dei. De votis verò tuis Idololatricis Pontificiis & aliis traditionibus & figmentis extat verbum Chriſti, Matth. 15. v. 6. ad 10. *Irritum feciſtis præceptum Dei, propter traditionem veſtram* HYPOCRITÆ, *rectè prædixit de vobis Eſaias* cap. 29. v. 13. *dicens: appropinquat mihi populus hic ore ſuo, & labiis me honorat: Cæterùm cor eorum procul eſt à me.* FRUSTRA VERÒ

COLUNT

COLUNT ME DOCENTES DOCTRINAS, PRÆCEPTA HOMINUM. IV. *Ad locum, 1. Cor. 7. 27. respondes, illa verba esse à Matrimonio dehortatoria, imò, quod plus sit (Augustino) deterrentia* Resp. Verum est, non prohibet nuptias, quia v. 28. immediatè subjicit, quod *si etiam duxeris uxorem, non peccasti.* Verba ergò: *Solutus es ab uxore, ne quæsieris uxorem.* 1. Non continent præceptum quoddam prohibitorium, quo viduos à matrimonio arceat, sed consilium ad statum illorum temporum accommodatum, vers. 25. 26. Sed 2. esto, sint generalis quædam, ex abundanti, dehortatio, imò etiam, sint juxta August. verba deterrentia, dehortantur tamen & deterrent non à conjugio, sed à nimio rerum terrenarum amore, & fruendi illis desiderio, ut v. 29. statim additur: Sensus ergò est, *alligatus es uxori, noli quærere solutionem, solutus es ab uxore, noli quærere uxorem,* id est, noli, propterea animo nimis angi, quod, vel extra conjugium, vel in eo vivas, quia matrimonium pertinet ad hanc vitam, quæ citò præterlabitur, ad cœlestia igitur & sempiterna elevandus est animus, non autem terrenis ac transitoriis his affigendus. Inde patet, quo sensu Augustini verba intelligenda sint.

THESIS. LXXXVIII.

QUÆ HIC SEMINAS, metes, quamprimùm vestra contra nos prodibunt, non impunè feretis, quod his sciatis. Nos non talia excogitavimus, ipsi Pontificii Scriptores testantur. Sed quia hæc suspendis in alienum locum, morabimur, respondebimus. In-

Forerus ἀξιόλογος.

terim mirum λάλον, ſpermologum & locutulejum agis, & (verbis Ariſtophanis) ἄνθρωπον ἀγχηστὴν, αὐθαδέστομον, ἔχοντα ἀχάλινον, ἀκρατὲς, ἀπύλωτον στόμα, περλάλητον, κομποφακελορήμονα. Nil hic, niſi calumniarum diluvium. Nolumus autem ſaltem hic manus ab aratro retrahere, ſed plumas corniculæ huic Dillinganæ detrahere, nil erit aut parùm certè poſt reſidui. Aleam enim non fruſtrà jeciſti, ſcies. Creteuſis es, nil mirum te mentiri, canis es, nil mirum, te latrare, vulpis es, nil mirum te vulpinari, Jeſuvvita es, nil mirum te calumniari. Quæ in D. Pregitzerum evomuiſti, impudens canis reſorbe, reſorbe, & talis mane, qualem illum cõviciaris, donec te elueris. Interim veritatem calumniari deſine, & potiùs cum antiquo illo Monacho corvos excommunica, lupis & canibus jejunium impera, ſimiiſque ad ſtatuam peregrinationem manda. Sed addam in tui gratiam nonnulla. Ac primò, quis, qualis, quantus ille tuus cœlibatus ſit, non meis, ſed clariſſimi illius viri Andreæ Dudithii de Horehoviza, quondam Epiſcopi quinque-Eccleſienſis, Oratoris & Conſiliarii Cæſarei verbis dicam, is pag. 32. ipſe aliâs Pontificius rationes adferens, quamobrem Epiſcopatu quinque-Eccleſienſi & aliis honoribus abdicatis, uxorem duxerit, ſcribit: *Pontificium cœlibatum eſſe cauſam, nõ invidioſam modò in vulgus, ſed jam etiam, hominum partim potentiſſimorum, partim eruditorum judicio, per ſummam injuriam,* CONTRA DEI ET NATURÆ LEGES *damnatam.* Pag. 47. *Equidem nullo unquam tempore, in vita tranquilliorem & pacatiorem animum habui, poſtquam ex illo* IMPURI *cœlibatus* COENO, DEI *beneficio, emergere me ſenſi; abjectis impiis illis.*

illis cogitationibus, purgata jam conscientia mea, magna lætitia efferor, quod translatum me video in sanctorum hominum numerum ex INFELICIUM COETU (hîc arrige tuas aures Forere longas.) *Qui libidinibus & vitæ sordibus contaminati, in summa impietate consenescunt, quorum animos, cùm perpetuò voluptates & impuræ cogitationes, nunc in hanc, nunc in illam partem, quasi fluctus quidam impellant, eò tandem deferuntur, ut malint aliorum uxoribus insidiari, virgines, viduas, omnis generis mulieres, ne quid deterius dicam, ad stuprum sollicitare, scorta alere, eaq; frequenter, novis succedentibus permutare, quàm* SUAM UXOREM, *ut Paulus præcipit*, AD VITANDAM FORNICATIONEM HABERE. Post pag. 50. addit: *Uxorem duxi, fateor, de quo etiam* DEO *Opt. Max. immortales ago gratias, & si non duxissem, ducerem Dei auxilio; sed, præter bonam consuetudinem, citra Dei jussionem, contra Apostolorum decreta: addo etiam*, CONTRA CONCILIORUM ET ECCLESIASTICAS CONSTITUTIONES *me duxisse, id verò est, quod inficior. Quamvis quid Conciliorum, quid Patrum Leges valeant, cùm Christi & Apostolicis sanctionibus apertè adversantur, nemo ita in sacris literis peregrinatur, nemo ita à pietate remotus est, modò oculos aperire, & dictis aures accommodare velit, qui non clarius, quàm meridie lucem, perspicere queat.*

Hoc benè nota Forer, & perpende, quàm peregrinus in S literis, & quàm longè remotus sis à pietate.

In gratiam tui & tuorum adscribam plura hac de re ex prædicto Dudithio. *Qui cœlibatus Legem fixerunt, ne illi & naturæ vim inferre, & Deo conjugii Authori sceleratè repugnare ausi sunt, qua in re non solùm Dei mandata, per summam impietatem contempserunt, ut paulo pòst planum faciemus: Verùm etiam ab omnium* Pag. 50.

gentium ac populorum, & sapientissimorum Legislatorum institutis longissimè discesserunt. Ex quo effici potest, eos & impios & insipientes fuisse. Veteres illi, quos Ethnicos vocant, tametsi ea, qua nos divino munere imbuti sumus, religionis intelligentia carerent, naturam tamen ducem secuti, quæ à Dei Lege non abhorret, nullo cœlibes honore dignati sunt, *quin scriptis Legibus ad conjugia compulerunt. Quid causæ? Nimirùm, ut à bonis Parentibus bona, ac Patriæ utilis ac salutaris propagari, atque educari proles posset: tum ne civitates vagis concubitibus incestarentur, ut fieri assolet in* otiosorum *istius generis*, & obscœnorum *hominum multitudine, qui, cum in* summa securitate, *& bonorum omnium affluentia vitam ducant, exquisitis esculentorum & poculentorum varietatibus infarcti, cùm æstuantem libidinem reprimere nequeant: neque suum vas, quo uti possint, habeant: neq; quid eorũ, quæ horribilia sunt, commemorem, tanquam cuculi alienis nidis insidiantur, atq;* omnia loca stupris, adulteriis atque aliis sceleribus *complent.* Et iterum:

Pag. 58. *Intelligebat (Plato) Divinus ille rectè sentiendi rectèq; intelligendi magister, ubi cœlibes in honore haberentur, & aliquo numero essent, illic* pudicitiam, castitatem, verecundiam, atque omnem denique honestatem, *in magno discrimine versari, plerisq; in locis.*

Post pauca, pagin. 53. 54. *Clamant Adversarii mei, & gravissimis execrationibus sancitum esse affirmant, ne sacris initiati viri, multò etiam minùs Episcopus uxorem ducat; Quare damnari factum meum oportere, quod matrimonio me conjunxerim, quia hoc contra Romani Pontificis Leges sit, pugnet cum exemplis antiquitatis, & consuetudine Ecclesiæ: deniq; rationi & sanctis Literis adversetur. De Papæ Authoritate, quatenus valere*

debeat,

debeat, & Legibus, alio loco videbimus. Reliqua quàm vanè, quamq́; nugatoriè dicantur, nunc brevissimè docebimus: Et primùm: Peto ab his, qui contrariam rationem tuentur, quo jure receptum sit in humana vita Matrimonium? *Dicent opinor, naturæ. Nam hoc etiam viderunt Philosophi, & qui Respublicas Legibus devinxerunt. Porrò autem jure naturæ, cùm communiter omnes homines uti possint, quid est, cur ejus usura* certo hominum generi *interdicatur? Cur non etiam à cibo, à potione, à somno, à cæteris, quæ natura desiderat, Sacerdotes arceantur? &c. Quis nescit: Patriarchas, Mosen, Aaronem, Eleazarum,* Pag. 55. *Esaiam, cæterosq́; Prophetas, Levitas item in Veteri Testamento, uxores habuisse? Laudat copiosè virginitatem Ignatius apud Eusebium, tamen Matrimonium, non excludere beatitudinem multorum, quos beatos fuisse constat, Exemplo demonstrat. Quid Zacharias? Sed quid* Pag. 64. & 65. *verbis opus est? Experientia docere potest, utri magis spiritu sacta carnis mortificent, ii ne, qui cœlibem se vitam dicunt colere, an qui se matrimoniis copulârunt. Incurrunt in oculos quotidiana* flagitia Monachorum, & Sacerdotum Pontificiorum, *& ex Historiis* nefanda libidinum Exempla *commemorari possunt. Sed scire pervelim ex istis, qui opus carnis dicunt esse Matrimonium, cur tàm enixè defendant, Matrimonium esse Sacramentum? Non enim, & opus carnis esse potest, & gratiam conferre. Si gratiam confert, cur ab eo certum genus hominum arcent? Cur prohibent in sacris suis initiatis accessionem fieri gratiæ? Non enim pugnat Sacramentum cum Sacramento: neq́; Matrimonium additum Sacerdotio tollere magis eam gratiam, quæ per Sacerdotium, ut Sacramentum, collatum est, quam eam gratia nova cumulare debet.*

Quare,

Quare, *vel* invidos, *vel* impudentes *sese confiteantur necesse est, dum Sacerdotium à Matrimonio ita sejungunt, ut nolint, in unum eundemq́ hominem utrumq́ convenire. Multa, inquiunt, habet avocamenta ab Ecclesiasticis curis Matrimonium. Quocirca Sacerdotibus & Episcopis, quibus Ecclesiæ procuratio mandata est, non videtur hoc vitæ genus quadrare. Fateor solutum eum esse à multis molestiis, qui uxorem non habeat, si modò is est, cui perpetuitatem veræ continentiæ Deus impertierit. Arbitror enim,* inquit Paulus, *hoc bonum esse propter præsentem necessitatem, & velim vos absq́ solicitudine esse. Verùm si continere non possit, si uratur, & quod majus avocamentum hac coacta castitate esse potest? Adde, quod nullum hominum genus magis mundo vacat, quam Ecclesiastici, qui omnes Principum Aulas occupârunt, omnes honores, & dignitates aucupantur*, omnibus factionibus se immiscent. *Quid magis distrahit animum & studia impedit, ac sacrarum Literarum tractationem? quid magis functionem Ecclesiastici muneris remoratur, quam in cœno libidinum noctes diesq́ volutari, & impuris cogitationibus æstuare? Et audent nobis objicere illud, quod præceptum est Sacerdotibus Veteris Testamenti:* Mundamini, qui fertis vasa Domini. *Perindè quasi etiam aliam munditiem requirat Deus, quæ, etsi in multis conjugatis præstabilis fuit: Ut in Abrahamo, Spiridone, & aliis permultis, & à parte multò maxima Sacerdotum Papalium abest. Vanæ sunt hæ excusationes Legis importunissimæ. Illud potiùs est, quod movit Romanos Episcopos, ad Matrimonium Sacerdotibus interdicendum, quod significat Pelagius, Dist.* 28. *de Syracus.* Ne bona Ecclesiastica ab Ecclesia alienentur: *Egregiam verò causam, se quidem opum potiùs incolumitatis,*

tatis, quam tot animarum salutis, habita est ratio. Quia? Non alienantur ab illis Ecclesiastica bona, cum ea, in Lenones, in scorta, in catamitos, in spurios, in moriones, in adulatores, in abdominis & ventris, in multarum voluptatum ministros, *& cognatos locupletandos insumunt? At hoc faciunt ii, qui sanctimoniæ exemplum, & facem cæteris præferre deberent. An his largiri est æquius, quam sociam vitæ conjugem alere, &, ut vult Paulus, Liberos in omni castitate educare? Sentiunt se premi his rationibus Adversarii, neq; ubi consistant, inveniunt, præter voti Religionem: qua cum obstricti teneantur Sacerdotes, non esse illis integrum, Matrimonium contrahere. Itaq; se non negare, multos Sacerdotes in Ecclesia veteri uxores habuisse, atq; etiam nunc in Græcia habere, scilicet quas duxissent, ante, quam Sacerdotium capessèrent. Post verò votum nuncupatum, aut consecrationem, ut illi vocant, à Sacerdote uxorem esse ductam, nunquam in Ecclesia, ne Græca quidem, esse auditum. Quid si hanc arcem,* Pag 41. *qua se tuentur, expugnamus? nonne victa causa est, & ad exitum perducta quæstio? Sic igitur agemus. Primum nullam esse votorum, quam illi comminiscuntur, religionem, ostendemus. Deindè, ut etiam sit aliqua ulla in re, tamen in hac causa nullam esse debere demonstrabimus. De nomine voti nolim sit ulla inter nos contentio. Significetur hoc vocabulo, promissio sponte suscepta, quæ* Deo *fit, de his, quæ* ad Deum *pertinent. Peto ecquod genus promissionis in Scriptis sanctis notatum reperiatur, præter generalem illam & necessariam, quæ in Baptismo suscipitur? Etsi non tàm quidem promissio hæc, quàm Religionis Christianæ professio appellari debet. In Veteri Testamento votorum fit mentio, apud Ecclesiasten, Esaiã, Davidem, Mosen: Sed ea cur ad*

novum transferuntur? nulla ratio est. Nam, sive ad ceremonias, sive ad judicia vota pertinebant, dubium non est, quin Christi adventu sublata esse debeant. Si ad praecepta morum pertinebat eorum nuncupatio, non Monachis tantùm & Sacerdotibus aliis, sed omni generi hominum *praecipitur. Vovebunt, inquit Esaias* cap. 19. *Vota Domino & solvent. Accommodat se Propheta ad captum Judaeorum, & verum cultum, qui Evangelii temporibus vigere*

Pag. 67. *debuit, notis sui seculi vocabulis designat. Praeterea, si perfectorum exequi consilia est, quid votis opus est? an sine votis effici non possunt? Vide ne etiam rectiùs, quàm cum votis. Gratum enim nihil Deo est, quod coactè facias. Quae recta sunt, iis ita demum delectatur Deus, si sponte suscepta*

Ferero MOLEST. A sunt bona opera, Thesi 51. patrocin. *sint & libenter. At qui voto aliquid facit, jam quasi Lege coactus facit, quod facit, & metu tum poenarum, tum dedecoris & infamiae.*

Itaque gestit animus violare semper aliquid, & identidem libertatem spectat. Verè enim dictum est:

Nitimur in vetitum semper, cupimusq; negata.

Ad haec, si consilia vovere perfectionis est, cur continentiae tantum votum, obedientiae, & paupertatis nuncupant, reliquorum consiliorum nullum votum faciunt? Postremo, cur ista perfectio, quam jactant, nusquam est prodita sacris literis? *Cur Apostoli, qui salutem omnibus gentibus nunciabant, hanc tam excellentem viam parandae salutis*

Pag. 70. *non ostenderunt? Continentiae voti religionem nullam esse debere, contendimus. Haec enim altera pars est, quam demonstraturos nos esse diximus. Quae enim religio in eo voto queat esse, quod per* imprudentiam & ignorantiam *suscipitur? Quotus enim quisq; est ex his, qui vovent continentiam, qui, & voti vim, & suam naturam cognitam*

habeat?

habeat? Quis est, qui sciat, an is status Dei gloriæ, salutiq́ suæ conveniat, semperq́ conventurus sit? Delirant greges *Monachorum, & reliquorum Ecclesiasticorum, quorum est* continentia incontinentissima. *Stultis autem promissionibus non delectatur Deus, inquit Ecclesiastes. Verum, quod longè maximum est:* contraria *sunt hæc vota* Legi Dei, *quæ conjunctionem maris & fœminæ sanxit, ab initio orbis conditi, ad perpetuationem generis. Non potest autem ulla humana constitutio Dei Legem abrogare, præsertim, quam perpetuam esse ipsa voluit. Non enim in primordio quidem mundi sanxit matrimonium, deinceps verò sanctum esse noluit, quod à quibusdam imperitè dicitur: sed continentem esse propagationem sobolis jussit. Lege* Pag. 21. *Pontificia irritum fit votum continentiæ, quod maritus, uxore non consentiente, voverit: quia periculum est, ne uxor in fornicationem incidat. Et hæc Lex rata ubiq; est, & rectè quidem: Cur Dei Lex rata non est in rescindendis, quæ Sacerdos voverit, cum idem periculum sit illi propositum? Argutè hic, ut ipsis videtur, interrogant Adversarii: quid igitur agendum, si uxor, quæ ducta sit vitandæ fornicationis causa, ægrotet? num alia superinducenda? Minimè verò. Utendum tamen erit continentia, quippe, quæ à Deo nobis jam sit imposita, non nostra sponte indicta. Confugimus enim ad remedium fornicationis, quod ipse ostendit: In quo cùm ipsi obediendum sit, reliqua ejus potestati & bonitati sunt permittenda. At Paulus scribens ad Corinthios ait: Deum non permissurum, ut ultra vires tentemur, &c. Christus non quosvis laudat Eunuchos in* Pag. 24. *Evangelio, sed qui se castraverunt propter Regnum Dei, tametsi ne castrant quidem se voluptuarii isti revera, ob ista, quæ diximus, sed castrationem verbo tantum* men-

tiuntur, *indicio sunt* ſtupra, fornicationes, adulteria, inceſtus & alia nefaria crimina, *quibus involuti sunt: Quin* greges nothorum *significant eos minimè*
Pag. 77. *caſtratos eſſe. De Presbyteris in Neocæſarienſi Concilio idem perſcriptum eſt, quod in Ancyrano de Diaconis, idq; clariſſimis verbis. Presbyter, inquit, cap. 5. ſi uxorem duxerit, ab ordine ſuo deponatur, quòd ſi fornicatus fuerit, vel adulterium commiſerit, extra Eccleſiam abjici debet, & ad pœnitentiam redigi. In Papatu contra fit: Sacerdos, qui uxorem duxerit, extra Eccleſiam ejicitur, qui ſcortetur quotidiè, qui alia ex aliis adulteria ſequatur, qui nefariis aliis ſceleribus ſeſe inquinet, & tanquam ſus in volutabro ſuo jaceat, ne movetur quidem ordine. Quin ſunt etiam, proh dolor, inter nefarios iſtos ganeones non infimi nominis, ut haberi volunt, Catholicæ Religionis propugnatores,*
Sic Forerth 89. *in quibus Principem ſibi locum vendicat Pighius, qui minus peccare eos Sacerdotes non dubitent aſſeverare, qui turpem cum ſcortis vitam agunt, quàm qui malint nubere, quàm uri, & à* ſcelerata *ad ſanctam vitam tranſeunt, quibus illud dictum obiter volumus, ſcortatores & adulteros ex Regno Dei excludi, ut eſt paſſim in ſacris Literis: Conjugibus, qui ex Dei inſtituto, ſancto ſe Matrimonii vinculo coſtringunt, ſi ſanctè vixerint, ſi in fide permanſerint,*
Obſerva hoc tu Forere. *cœlum patere. Sed abutimur otio, qui fornicatores iſtos, &* impuros ſcelerum Patronos *reſponſione ulla dignamur: Abeant in malam peſtem, malumq; cruciatum cum ſuis* ſcortis, *cumq; ſua iſta* impia *ſententia, quæ* vix in Proſtibulis & Lupanaribus, *nedum in Eccleſia Dei locum inveniat.*
Pag. 117. *Si Eccleſia unquam cauſam habuit permittendi clericis ſecularib9 conjugiũ, certè infelici hoc noſtro carnali ſeculo, & neceſſitatem id ipſum expoſcere, & utilitatem ſuadere.*

dere videntur. Constat enim, proh dolor, inter quinquaginta & plures *Catholicos etiam Sacerdotes* vix unum *reperiri, qui castum præstet cœlibatum, sed* omnes ferè *neglectis & rejectis saluberrimis sacrorum Conciliorum & Canonum Veterum & Novorum Constitutionibus*, notorios esse scortatores, *cum maximo animarum suarum discrimine, & Laicorum scandalo. Constat enim, nedum ipsos Sacerdotes mordicus ambire conjugium, sed & Laicos propter* turpissimam clericorum vitam *hoc ipsum vehementer urgere.*

IN ORATIONE HABITA ab Oratore Illustriss. D. Alberti Ducis Bavariæ in generali congregatione Concilii Tridentini sub S. D. N. Pio PP. IV. die 27. Junii, M. D. LXII. Pag. 111.

IN VISITATIONE NUPER habita, quanta omnis generis flagitia in moribus cleri comperta sunt: quanta socordia & supina negligentia in quibusdam proceribus seu Ecclesiarum prælatis, aurium pudore, ne manifestentur, prohibemur, ipsa morum turpitudo efflagitat, ne maneant diutiùs inemendata. Atq; hæc, si quis vellet sigillatim, prout per sese res ipsa habet, atq; explorate constat, enarrare, castis piisq; Reverendiss. Patrum auribus omninò fieret molestum, aliis verò, qui minus firmati sunt, ingens periculosumq; offendiculum præberetur. Quamobrem Illustr. Princeps noster hoc abundè satis existimat: si vobis Reverend. & Illustr. Tridentini Concilii Legatis atq; Patribus saltem per occasionem insinuaretur, ut duntaxat accuratissimè vobiscum perpendatis, quam infructuosa doctrinæ emendatio futura

sit, nisi prius Dd. quasi tanquam vasa doctrinæ judicantur, ab omni sorde, morumque fœtore *expurgati repræsententur populo.* Omnes sapientes, peritique viri unanimi sententia hoc asserunt, *hoc efflagitant penitùs, ut priùs clerus Ecclesiarum Ministri à* vitæ sordibus *repurgētur, quàm ulla queat fructuosa doctrinæ discussio ac determinatio feliciter inchoari ac definiri salutariter. Deindè nec parvum momentum videtur, quod hæc perniciosa contagio, non modò non cessat tàm longo tempore, sed subindè grandescit, etiam multis variisq; amplificata accessionibus. Quippe* clerus *tantis Ecclesiæ calamitatibus nullo modo, neq; affligitur, neq; afficitur, sed multò magis* insolescit gulæ, *libidinibusq; indulget, ac quasi velit in* contemtum Dei, hominumque omni genere vitiorum se coopertũ *potiùs palàm cognosci, quàm minima aliqua in re emendatum animadverti. Ut cætera* cleri *vitia, quæ cum populo communia habet, taceantur. At certè libido illa in clero nimis libera atq; notoria, propter quam is nunc potissimè* infamis *est, à plebe irritatoq; populo alienissima esse judicatur. Siquidem Politici Magistratus nullum in civili societate civem ferunt, qui palàm scortetur, domiq; suæ tanquam in publico lupinari scorta fovere studeat. In proxima Visitatione per Bavariam facta, tàm frequens concubinatus repertus fuit, ut* vix inter centum, tres vel quatuor *inventi sint, qui aut manifesti concubinarii non fuerint, ut clandestinè matrimonia non contraxerint, aut uxores palàm non duxerint. Quæ* morum turpitudo *in clero vehementer offendit imperiti populi animos tantoperè, ut Sacerdotium, unà cum Sacerdotibus, doctrinam cum Doctoribus exerretur, dirisq; devoveat. Ita ut sit confestim paratus ad quamvis sectam exire potiùs, quam redire velit ad Ecclesiam.*

Dudi-

Dudithio illi & Oratori Bavarico, adjungo & Georgium Cassandrum, qui in consultatione sua, Artic. 23. de cœlibatu Sacerdotum inter cætera sic habet: Videmus hoc decreto (ad Ecclesiæ scilicet ministeria, non nisi cœlibes admittendos,) *usq; adeò castitatem & continentiam in Christo non confirmari, ut per illud ad omne libidinis, & flagitii genus, fenestra aperta esse videatur. Item usq; adeò non refrenatam in clero avaritiam, ut etiam frena magis laxata esse videantur, tùm res in plerisq; Sacerdotibus ita comparatæ sunt, ut conjugum piarum consortio, non modò ad functiones Ecclesiasticas obeundas non impediantur, sed etiam ad earum procurationem adjuventur ab eis. Quemadmodum de patre suo Gregorio & matre Nonna, Gregorius Nazianzenus testatur. Sunt & contra plerique cœlibes qui usq; adeò cœlibatu suo, ad ea, quæ Dei sunt expeditiùs curanda, non incitentur, sed etiam contra curis hujus seculi supra reliquos homines, immergantur & obruantur.* Et pag. 234. *Plerique homines docti & pii, ad continentiæ observationem, adstringere se nolunt, cùm & infirmitatis suæ rationem habeant, & EXEMPLIS turpitudinum & scelerum, quæ prætextu cœlibatus passim in oculos & aures incurrunt, moveantur.* Pag. 237. *Nec audiendus est novus quidam in Italia dogmatistes: qui unus contra omnium veterum & recentium Ecclesiasticorum Scriptorum sententiam, cœlibatum ordini sacro ἐσιωδῶς, hoc est, substantialiter & Lege divina adjunctum esse contendit, nec esse in potestate Pontificis, nec Ecclesiæ, ut conjugii usum Sacerdotibus permittant, non magis, quàm furandi, aut latrocinandi, atq; eo modo universam Ecclesiam tàm orientalem, quàm occidentalem, violati divini juris accusat: illam quod conjugium in Sacerdotibus*

Georgius Cassander in Consult.

Franciscus Turrianus, sive Torrensis, lib. 1. de dogmaticis characteribus.

tibus

tibus hactenus observârit: hanc quod eam rectè facere judicârit. Cur autem etiam in ordinatis conjugium hodie admitti possit, hæc ratio est, quod ex hujusmodi conjugio, non modò nulla offensio populi, sed magna etiam utilitas sit exspectenda. Nam eò res jam rediit, ut vix centesimum *invenias, qui ab omni commercio fœminarum abstineat, Populus verò ita affectus est, ut Sacerdotis fornicatoris seu concubinarii ministerium vel prorsus condemnet, vel levius æstimet, meritum verò Sacerdotem æquius ferat, ut cum populo quoq; jam notum sit, honorabile esse in* OMNIBUS *conjugium, adulteros autem, & fornicatores à Deo judicandos, &c.*

THESIS. LXXXIX.

SEMEL FRONTEM PERfricuisti, pergis, asserendo, verum esse, *Minus peccare Sacerdotem adulterando, quam uxorem ducendo.* 1. *Illo enim modo luxuriam saltem, hic autem etiam Sacrilegium committi, ob injuriam Sacramento (conjugii) illatam.* 2. *Quia habeat voluntatem perpetuò peccandi. Et* 3, *Quia sit hypocrita, sub ficto matrimonio suam libidinem tegens.* Resp. I. ad I. Non est luxuria, ut, qui uritur nubat, sive voto obstrictus, sive non: *Melius enim est nubere, quàm uri.* II. Nec Sacrilegium. Sacrilegium enim Impp. suarum constitutionum violatarum crimen, lib. unic. c. de crimine Sacrilegii, l. 6. de appellat. in c. Theodos. Sacrilegiiq; crimen irrogant his, qui PRÆCEPTA SUA neglexerint, &c. At proba, si vir es, *votum continentiæ esse constitutionem divinam, esse præceptum,* imò, ipse das, id nō præceptum esse, sed consilium Evangelicum perfectionis,

ctionis, licet & illud falsissimum sit. En ergò montes parturiisti, nascitur tibi ridiculus mus! Resp. ad II. Tradere suum corpus cõjugi, est ne hoc luxuriari! ô cœlum! ô terram! ô maria! Ita omnes Patriarchæ, multi Prophetæ & Apostoli luxuriati fuerint, quia fuerunt Sacerdotes. Excipis, at voto non erant adstricti, do, sic est, quod autem tui sacrificuli voto se obstringunt, pessimè faciunt. Rectè autem se agere, de hoc proferant unum apicem ex Scripturis. Resp. ad III. Negando. Ideò enim conjugium post lapsum non tantùm medium (prolificationis,) sed & remedium (luxuriæ) est.

Tandem probare vis matrimonium impedire majus bonum. I. *Sacerdotes mundi sint. Ergò conjugium est immundicies.* Vindica ô Deus hanc blasphemiam. Sic procedo: Conjugium est Sacramentum: Conjugium est immundicies. Ergò Sacramentum est immundicies. II. *Sint quieti, studiis, Orationi incumbentes.* At conjugatis hæc non sunt præcisa. Exempl. Patriarcharum, Prophetarum, undè optimè August. Matrimonium Ruth non est deterius viduitate Annæ. Undè Historiæ referunt, quod coriarium quendam Alexandrinum omnibus eremitis, quietissimis juxta ac in studiis, ac orationibus (apparenter) devotissimis, Deus prætulerit. III. *Mortificationi iis studendum:* Quasi non omnes Christiani, & sic etiam, conjugati debeant & possint membra sua, quæ super terram sunt, Coloss. 3. mortificare, & carnem suam crucifigere?

Quæ excipis, frivola sunt. I. *ais te loqui de immũdicie saltem materialiter, vi dicti,* Exod. 19 *& Exem-*

pli, 1. Sam. 12. II. *Inquietos*, 1. Cor. 7. III. *Autoritatem iis diminuere, quod exemplo probas.* IV. *In nobis nullum singulare mortificationis signum apparere:* Miseret me tui. Ergò conjugium est immundicies materialiter, & Leviticè. At ego hactenus legeram, id esse in S. codice ἁγνείαν, castitatem, σωφροσύνην, continentiam, pudicitiam, ἁγιασμὸν, sanctificationem, ἀμίαντον καὶ τίμιον, purum, mundum & honorabile: Undè 1. Tim. 2. 15. Paulus loquens de generatione affirmat, pias matres manere in fide, dilectione, sanctificatione cum castitate, 1. Thess 4. 4. meminerit quisq; vas suum possidere in sanctificatione & honore, 1. Pet. 3. v. 1. 2. Vocatur casta conversatio mulierum, viris suis subditarum: adde loca, Tit. 2. 4. Heb. 13. 4. At immundiciem Leviticam obtrudis! quid umbra ad corpus? sepultæ sunt Synagogæ Judaicæ Leges tales. Inquietos reddere conjugium, inprimis sub persecutionibus, do, at hoc ex accidēti fit, non per se. Autoritati Patriarcharum Prophetarum, licet fuerint conjugati, nil decessit. Telas ergò inaniarum texis. In nobis qualis sit mortificatio, justo judici ante suum tribunal patebit, eâ fatemur, ne hilum promereri possumus: at an nō mortificemus membra nostra, quæ sunt super terram, monito Apostolico, Deus Judex est, non tu vel ille.


Et sic vel tandem per inculta & inhospita, addo & horrida tesqua viarum te comitatus sum, & in angustias copias tuas, æquus Lector ἀνυποκρίτως judicet, coëgi, semel enim Camerinam movisti. Concludis, at frivolè frivolis jam sat protritis supra. Concludo & ego.

DEO

DEO Gloriam maximam,
Tibi conversionem veram,
Nobis omnibus orthodoxis salutem
æternam!

Ad Forerum.

M*ULTA* SUPEREROGASTI *in tuo Latrocinio* OPERA SUPEREROGATIONIS, MALA, *ut Blasphemias contra Verbum* DEI, *Mendacia, Convitia, Criminationes, Scurrilitates, Injurias, Scommata, &c.* PROPTER *hæc recipies mercedem* PROMERITAM. *Et si quid amplius* SUPEREROGAVERIS, *in redeundo* (in novissimo die) *reddet tibi Dominus, videlicet indignationem & iram, afflictionem & anxietatem*, Rom. 2. v. 8 9. *partem in stagno ardenti igne & sulphure*. Apocal. 21. v. 8. *Foris enim* (extra portas Civitatis DEI) *erunt Idololatræ, & omnis qui amat, & facit mendacium.* Apoc. 22. v. 15.



Elenchus Dictorum explicatorum.

Elenchus Rerum

A.

B.

C.

Jesu-

Servi

Errata.

PAg. 3. *lin.* 19. *pro* 9. *lege,* 19. *l.* 23. *derideat. l.* 21. *art.* 1. *pag.* 5. *lin.* 5. *pro* 10. *lege,* 50. *lin.* 28. *Antonius. p.* 6. *pro Forer, in marg. Foreri respondens, p.* 7. *l.* 14. *in serpone,* THESIS. *l. p.* 9. *l.* 4. *relinquit, l.* 27. *lege,* 16. *p.* 12. *l.* 2. *pro* 10. *lege,* 7. *p.* 17. *l.* 6. *pro* 12. 15. *lege,* 11. 27. *l.* 23. *post. malum, adde: de malo tamen non excludendo meritum. p.* 32. *l. ult. & penult. expunge, Exod.* 20. 18. *Ephes.* 1. 12. *p.* 48. *l.* 3. *expunge, Ps.* 14. 10. *p.* 49. *l.* 8. *pro* 27. *lege,* 26. *p.* 52. *l. ult. pro* 3. *lege,* 13. *p.* 60. *l.* 16. *pro* 21. *lege,* 10. *p.* 67. *l.* 24. *vota, lege, loca p.* 84. *l.* 27. *dele. cir. p.* 87. *l.* 17. *lege, floreno. p.* 88. *lin. penult. dele,* 2. *p.* 90. *l.* 28. *lege, v.* 14. *p.* 91. *l.* 2. *lege,* 6. *l.* 3. *lege, v.* 7. *p.* 92. *l.* 13. *lege, v.* 14. *p.* 94. *l.* 6. *lege,* 6. 27. *p.* 87. *Luc.* 16. *p.* 132. *præsertim. p.* 134. *l.* 23. *cujus, pronunius. p.* 153. *l.* 23. *quod, deleatur. p.* 146. *l.* 13. *pro donum continentia, lege, continentia. p.* 148. *l.* 25. *dele, sibi.*
Cætera, si quæ obrepserint, æquus Lector corriges.



F I N I S.

